

videt Sco. xij. di. 4. sen. q. i. in solutiōe qōnis. q. ta-
lis respectus potest pertinere ad genus actiōis: po-
sito q. actio dicat nō tñ respectū agentis ad passūz
sed forme informātis ad illud qd informatur. Vel
pōt pertinere ad gen⁹ passionis si passio dicat non tñ
respectum passi ad agens s; ad formā. Circa qd
notādū q. l; ois forma recepta siue in potētia cog-
nitua: siue in potētia appetitiua possit dici passio: si-
ue fiat cū trāsmutatione corporali: ut delectatio sit
cū cordis dilatatiōe. dolor vō uel tristitia cū restri-
ctione: siue fiat absq; huiusmodi trāsmutatiōe: ut
cōceptus aie dicuntur passiones. Unde in libro p^o per
yermenias dicit q. uoces sunt earūz que sunt in aia
passionū note. i. signa cōceptū sine rerū cōceptarū
tamē huiusmodi forme in passio recepte nō spectāt
ad gen⁹ passionis, sed bene ipsa receptio huiusmo-
di formarū. De ceteris autē predicamētis. s. qñ ubi
situs et habit⁹ nō facit autē mentionē nisi in generali
et ideo de his breuiter me expediā. Et pmo de pre-
dicamēto quādo: quod sic diffinitur ab auctore sex
p^oncipiorum.

De predicamento Quando.

Quando est qd ex adiacentia tempo-
ris in re tēporali derelinqtur: ut ho-
die esse cras fore. Itē duplex est quā-
do. s. simplex et cōpositū sicut duplex est tem-
pus. Itē tres sunt pprietates quādo. P^ori-
ma est q. quādo non suscipit magis neq; mi-
nus. Secūda est q. quādo nihil est cōtrariū
Tertia est q. quādo est in omni illo quod in-
cipit esse in tempore.

De uidentia huius sciēdum q. qñ in p^oposi-
to tñ ualeat sicut esse aliqñ uel in aliquo tpe:
ut esse hodie eri cras: esse in tēpore presenti
p^oterito et futuro. Est igit qñ respect⁹ causatus in re
temporali ex adiacentia tēporis ad ipsam. Ex quo
patet q. qñ est respectus extrinsecus adueniēs: quia
nō necessario sequit⁹ extrema posita in esse. pōt enīz
esse tēpus et res tēporalis absq; huiusmodi adiacē-
tia: et sic absq; qñ: utputa si ponatur restēporalis ex-
tra celum. Tempus enīz hic sumit⁹ pro tpe quod est
mēsurā motus celi. Et ideo illo tempore pprie mē-
surant⁹ tēporalia que habent inuātabilitatez a motu
celi. Unde dicit doc. subtilis. xlii. di. 4. sen. q. xij. in
soluzione ar. q. mot⁹ corporis gloriofi nō mēsurabit⁹
tpe nostro: q. nō erit subiectū uariatiōi: tunc corpus
nostrum nec aggrauans.

De predicamento Ubi.

Ubi est circūscriptio corporis locati
a loci circūscriptiōe pcedens: ut in
ecclesia esse in foro eē. Et diuidit⁹ ubi
quia quoddā est ubi simplex. et est illud qd a
simplici loco pcedit ut est locus pūctorū. Et
quoddā est ubi cōpositū: et est illud quod
a loco cōposito pcedit. pprietates ubi sunt
due. P^orima est q. ubi nihil est cōtrariū. Se-
cūda est q. ubi nō suscipit magis neq; min⁹
hoc est q. ubi non recipit intensiōem et re-
missiōem.

Ubi vō est respectus corporis a loci circūscri-
ptione pcedens. Circa qd sciēdū q. ubi in
p^oposito est esse alicubi localiter: ut esse in ci-

uitate: in ecclesia: in domo: in camera: vñ ubi dicit
respectū corporis circūscripti seu locati ad locū cir-
cūscribentēz. Ipsa autē circūscriptio actiua que fim-
dat⁹ in loco circūscribēte l; significet per modū acti-
onis: nō tamē est actio sed relatio p^otinēs ad hoc ge-
nus s; Sco. di. i. 2. sen. q. v. Quod ex hoc patet qz
sup^oficies corporis cōtinētis cū sit quātitas que cōse-
quitur materiā nō est forma actiua. Quod autē ubi
sit respect⁹ extrinsecus adueniēs patet cū corpus et
locus possint esse etiā app^oximata absq; circūscri-
ptiōe locati seu coextēsiōe: ut patet de corpore xpī
in sacramēto altaris qd est p^osens spēs panis et uini
nō tamē localiter cū sit in quilibet parte totū: et sic nō
coextēdit⁹ ipsis spēsibus. Possit etiā de⁹ facere cor-
pus et locum absq; ubi etiā large sumpto qd est esse
tñ in loco p^osentia^ol: utputa formādo aliqđ corp⁹
extra vniuersūz: et annihilādo oia que sunt in sup^oficie
p^ocaua celi: ut declarat Sco. xi. q. quolibetoz ar. 2^o.
Tūc enī essent corp⁹ et loc⁹ sine respectu p^osentia^olita-
tis. Et si q^oras in quo p^odicamento ponet⁹ ubi angeli
cū angelus nō sit in loco circūscriptiue: sed tñ p^osen-
tia^olter seu diffinitiue. Rūdeo q. accipiēdo ubi p^o-
prie put⁹ diffinit⁹ ab auctore sex p^oncipiorū non pone-
tur in hoc p^odicamēto cū angelus nō circūscribat⁹ lo-
co: s; bñ accipiēdo large pro respectu p^osentia^olitas
ad locū. Uñ Sco. i. di. 4. sen. q. i. dicit q. l; non sint
plura genera q; decē tamē rōnes eoz nō ita assignā-
tur generaliter sicut possent assignari. Cū autēz ubi
sit respectus extrinsec⁹ adueniēs: ita etiā erit situs
uel p^ositio cū p^osupponat ubi.

De positione.

Positio est quedāz partium situs et ge-
nerationis ordinatio: ut sessio statio:
et sic de alijs. Item tres sunt pprieta-
tes p^ositiōis. P^orima est q. p^ositio nō habet
cōtrariū. Secūda est q. p^ositio nō suscipit
magis neq; minus. Tertia est pprius est p^o-
sitioni substantie p^oroxime assistere.

Orandū q. situs uel p^ositio ultra esse in loco
dicit ordinē partium ad inicē et ad ipz locū.
Unde fm Sco. ubi supra duplex est p^ositio:
Quedā enī dicit ordinē partium ad inicē. et hec est dif-
ferētia quantitatis. alia dicit ordinē partium in loco
que dicitur p^odicamētū situs: ut stare sedere iacere.

De habitu.

Habitus est corporū et eozū que circa
corpus sunt adiacentia: ut tunicatum
esse: loricator esse. Et tres sunt pprie-
tates eius. P^orima est q. habit⁹ suscipit ma-
gis et min⁹: ut eques est armator peditē. Se-
cūda est q. habitus non habet cōtrarium.
Tertia est q. habitus semper est in pluribus
scilicet in habente et in habito.

Habitus autē est corporū et eozū que circa cor-
pus sunt adiacētia: ut armatio: induitio: cal-
ciatio. Quod autem habitus sit respect⁹ ex-
trinsecus adueniēs patet quia non necessario se-
quitur extrema posita in esse. Possunt enīz corpus
et arma esse sine tali respectu: utpote si vnum nō ap-
plicetur alteri.

Igitur autem alterum alteri opponi
quadrupliciter. Oppositorum enim
quedam

quedam sunt relativa: ut pater et filius. Du-
 plum et dimidius. Quedam sunt priuatiue
 opposita: ut puatio et habitus: visus et cecitas
 auditus et surditas. Alia sunt contrarie oppo-
 sita: ut albus et niger. Alia sunt contradictorie
 opposita: ut sedere non sedere. Que autem sunt
 relative opposita dictus est in capitulo de re-
 latione. Contraria sunt quecumque sub eodem ge-
 nere posita. maxime a se inuicem distat. mu-
 tuo se expellunt. et eidem susceptibili vicissim
 insunt. a quo mutuo se expellunt nisi alterum
 insit a natura: ut albedo in cigno: et nigredo
 in coruo et ethiopi. Caliditas autem non est in
 igne ut accidens in subiecto: immo ut substan-
 tiale in eo cuius est substantiale: sicut sunt quedam
 que cadunt in diffinitione alicuius. non solum pre-
 dicationem. sed potius ut principium. ut punctus
 in diffinitione linee. et vnitas in diffinitione
 numeri. Et iste modus eendi in continetur sub
 quarto modo secundum que vnique pars diffini-
 tionis est in suo diffinito: et sic ignis non est
 subiectum caliditatis: sed materia ignis est subie-
 ctum eius. hec enim susceptibilis est caliditatis
 et frigiditatis: unde caliditas est in materia
 ignis ut in subiecto. in igne vero non ut in sub-
 iecto sed ut substantiale in eo cuius est substantiale
 Priuatiue opposita sunt que habent fieri cir-
 ca idem subiectum ordine irregressibili et tpe de-
 terminato a natura. Ordine irregressibili dico
 quod ab habitu in puationem deuenire possibile
 est. sed non econuerso. Impossibile enim est a
 puatione in habitum regressum fieri: ut visus
 et cecitas habent fieri circa oculum. A visu autem de-
 uenire in cecitatem possibile est sed non econuerso.
 Je determinat auctor de post predicamentis:
 que ualent ad declarationem predicamentorum.
 Et primo tractat de oppositione. Circa quod
 sciendum quod duplex est oppositio. quedam complexorum: et
 de illa fit mentio in tractatu propositionum. alia est inco-
 mplexorum: et de hac habet in proposito. est autem oppositio
 formalis repugnancia aliquorum duorum que impossibi-
 le est simul esse in eodem respectu eiusdem: et sunt quatuor
 species eius. scilicet oppositio relativa et contraria priuatiua:
 et contradictoria. Si arguatur quod omnia opposita sunt rela-
 tiua: cum oppositum dicatur habitudine vnus oppositi ad
 aliud. Est enim oppositio oppositorum oppositio: et
 oppositum est oppositi oppositum. ergo oppositio relati-
 ua male ponitur species distincta ab alijs. Respondeo quod si op-
 posita in quantum opposita siue quantum ad per se signifi-
 cationem uel intentionem oppositorum seu repugnanciam di-
 cantur relative ad inuicem: tamen quantum ad abstractum quod
 subest illi intentioni non omnia opposita sunt relativa. im-
 mo quedam sunt contra: ut albus et niger. quedam relativa:
 ut pater et filius. Non est autem inconueniens oppositionem esse
 de genere relationis: sed opposita: ut albedo et nigre-
 do pater et filius sunt diuersorum generum. Relationes enim
 eiusmodi fundantur in rebus diuersorum generum: ut iden-
 titas in substantia: similitudo in qualitate: et equalitas
 in quantitate. Illud etiam quod est alicuius generis sicut

concretum generis relationis potest denotative dici de
 pluribus generibus secundum Scotum. xij. di. 4. sen. q. i.
 Sunt autem relative opposita que ad inuicem referuntur.
 ut pater et filius. que quidem non possunt simul inesse ei-
 dem respectu eiusdem: sed bene respectu diuersorum. differe-
 runt vero relativa a contrarijs: quod vnus relativum coarctat aliud
 ad sui esse: ut pater non potest esse quin habeat filium: non sic
 de contrarijs. Contraria autem sunt que sub eodem genere posi-
 ta maxime ad se inuicem distat. et eidem susceptibili vi-
 cissim insunt vnus alterum expellendo: nisi alterum insit
 a natura: ut albedo inest cigno et nigredo coruo. Ista
 descriptio contrarij satis patet ex his que dicta sunt in
 precedentibus: ut albedo et nigredo contrarij que maxime
 distat in genere colorum: nec possunt inesse eidem simul secundum
 idem bene secundum diuersa. Et intelligitur distantia contrarij
 de distantia que dicitur repugnancia formalis: non autem
 de distantia locali. Sursum enim et deorsum bene large
 possunt dici contraria non tamen stricte: que quidem habent in-
 ter se distantiam localem: non tamen habent repugnanciam
 formalem. Unde idem corpus virtute diuina posset esse
 sursum et deorsum: ut diffuse declarat Scotus. i. di. 4.
 sen. q. ij. quia autem auctor fecerat mentionem de contra-
 rijs que alicui insunt a natura: ut caliditas inest igni
 a natura: ideo dicit quod caliditas non est in igne sicut
 accidens in subiecto: sed sicut substantiale in eo cuius
 est. Est tamen in materia ignis sicut accidens in
 subiecto. Ad cuius euidenciam notandum quod si auctor
 non teneatur a pluribus eo modo quo sonat eius uer-
 ba: potest tamen aliquo modo exponi. unde substantia-
 le potest sumi vno modo pro eo quod est de ratione for-
 mali quidditatiua alicuius: sicut rationale hoc mo-
 do est de essentia hominis. alio modo pro eo quod
 consequitur substantiam uel naturam alicuius. et sic risibi-
 litas potest dici substantialis hominis: sed non sit de
 diffinitione quidditatiua eius: sumendo igitur substan-
 tiale primo modo caliditas non est substantialis igni.
 Cum enim sit accidens alicuius entis non erit de sub-
 stantia ignis. quod quod uere est nulli accidit primo physi-
 corum. Sumendo vero substantiale pro eo quod consequitur na-
 turam alicuius: sic caliditas potest dici substantiale
 igni. Est enim accidens inseparabile consequens natu-
 ram ignis: et eius proprietas competens omni sed non soli.
 Et dicit auctor quod est substantiale igni sicut sunt ea que
 cadunt sub diffinitione alicuius non secundum predicationem
 essentialiter supplet: sed ut principium: sicut punctus ponitur in
 diffinitione linee: quod est principium uel finis linee: non ta-
 men predicatur essentialiter de linea: sic caliditas potest
 poni in diffinitione ignis non quidditatiua cum non predi-
 cet essentialiter de igne: sed in diffinitione que datur
 per additamentum. scilicet large sumpta seu descriptione
 tanquam eius proprietas que est principium quo ignis cale-
 facit. Et notandum quod in exemplis non requiritur omnimoda
 similitudo: quod ubi est omnino simile est magis identitas
 quam exemplum. quod autem non fuerit intentio auctoris. ponere quod cali-
 ditas sit forma substantialis ignis: patet ex hoc quod
 dicitur quod est in materia ignis sicut accidens in subiecto
 forma enim substantialis non est in materia: ut acci-
 dens in subiecto: cum ex ipsis constituantur vnus ens per se et
 non per accidens. Est autem caliditas in materia ignis si-
 cut accidens in subiecto: quod non consequitur ipsam mate-
 riam inseparabiliter. Inest enim caliditas igni a natu-
 ra non ratione materie sed ratione forme: sicut risibilitas ne-
 cessario consequitur hominem: non in quantum animal: sed in quantum
 rationale secundum Scotum. xv. di. 2. sen. quod ergo caliditas non
 consequitur inseparabiliter materiam ignis: ideo dicit
 auctor quod est susceptibilis caliditatis et frigiditatis.

Quod est uerum mediante forma substantiali: quia. s. pot in formari aliqua forma qua consequitur frigiditas: ut forma aque uel alia qua consequitur caliditas ut forma aeris. Immediate autem non pot recipere materia aliqd accidens. Vn opinio illa est falsa quaz ponit comentator pmo physicoz. videlicet q in materia reru generabiliu et corruptibiliu oportet intelligere dimensiones interminatas seu incompletas ante aduentu forme substantialis: que quidez post eius aduentu accipiunt esse completu et terminatu. Hac eni improbat Seco. xij. di. 4. sen. q. vj. in corpore questionis. Tum qz forma de genere prioru non pot pferre susceptiuuz de genere posterioru. ergo nec forma substantialis dimensiones. Tum quia forma substantialis est talis actus qui natus est constitucere unum per se cu suo pfectibili: sed non pot unu per se constitucere cu aliquo de genere quantitatit. Un quantitas non est ratio media inter agens et passum. Agens enim naturale attingit materia fm essentia nuda: ut passum ab eo immediate transmaturu. unde qn ex aqua generatur aer prius natura corrupuntur oia accidentia aque cu eius forma substantiali q in illa materia introducatur forma aeris. Agens autem naturale sicut potest generare substantia que non pferuit: sic potest generare accidentia consequentia ipsam.

Consequenter declarat auctor que sunt priuatione opposita dicens q sunt illa que hnt fieri circa idem subiectu ordine irregressibili et tpe determinato a natura. Unde ab habitu est deuenire in priuationem. A priuatione aut in habitu est impossibilis regressus: ut cecitas et visus habet fieri circa oculu. et a visu contingit fieri motu in cecitate: sed non everso per naturam bene per miraculu. Dicunt autem notate tpe determinato a natura. Canis enim ante nonum die nec est videns nec cecus: qz ante illud tpus non est natus habere visum. et ideo post illud tpus naturaliter videt. Et si arguatur q tenebra est priuatio lucis: et tm aer fit de tenebroso lucidus. ergo fit regressus a priuatione in forma uel habitum. Rndeo q duplex est priuatio. Queda est cuius habitus est a principio innato: cuiusmodi est cecitas: qz visus est a principio intrinseco. Alia est priuatio cuius habitus est a principio extrinseco: ut tenebra in medio. De prima intelligit dictu Ari. no de secunda. Sed ptra hoc arguit: qz a quiete que est priuatio motu bene est regressus ad motu. et ab ignorantia que est priuatio scientie est regressus ad scientia: et tamen tam scientia qz motus sunt a principio intrinseco seu innato. ergo de illa non intendit Ari. Rndeo q priuatio que est a principio innato est duplex. Queda est que tm priuat habitum et non tollit principiu habit. et de ista pcedit argumetum. A tali enim bene est regressus in habitum. Alia est que tollit habitum et principiu ppiu habit: ut cecitas priuat visum et debita dispositione organi. et de illa intendit Ari. Ab ipsa enim in habitu naturaliter impossibilis est regressus.

Contradictoria sunt affirmatio et negatio eiusde de eode: ut ho non ho: albu non albu. Ubi sciendu qz de quolibet dicatur altera pars contradictionis: ut de quolibet uerum est dicere q est homo uel non homo: non tamen cu per se: ut dicit Seco. ij. di. primi sentent. q. ultima. Utraqz enim haru est falsa. homo est per se albus: homo est per se non albus. Nec enim albedo nec non albedo per se inest homini. Contradictoria etiam non predicantur de quolibet cum reduplicacione. Unde utraqz haru est falsa. ho inquantu ho est al-

bus: et ho inquantu ho est non albus. Alteru igitur contradictorioz non dicitur de quolibet qn terminus de quo dicitur accipit distributiu. Ratio huius est qz vni supposito pot inesse unu et alteri alteru. Un neutra istaru est uera. Dis ho est albus: et ois ho est non albus. Notandū insup qz pteritas distinguit a priuatione et contradictione. qz in pteritate quodlibet extremu est formaliter aliquid positiuu non sic in alijs. Itē priuatio et dicitio non sunt idē absolute: qz l3 priuatio sit quedā dicitio inquantu unu priuatione oppositoz est negatio alterius: tamen priuatio pprie sumpta fundamentaliter ponit subiectu aptu natu. Contradictio autē de sui rone: nec ponit existentia subiecti nec aptitudinem in subiecto. unu enim extremuz dictionis uerificatur et de ente et de non ente: ut animal non videt et non ens non videt.

Prius dicitur quadrupliciter. Primo modo et pprie aliqd dicitur prius altero s3 tempus prout aliquis dicitur seniore et antiquiore altero: sicut homo habens triginta annos dicitur prior hoie habente viginti annos. Secundo modo aliquid dicitur prius a quo non conuertitur subsistendi consequentia: ut unu est prius duobus. Duobus enim existētibus morosequens est unu ee: ut si duo sunt unu et non everso. Tertio modo dicitur prius s3 ordine quedā: ut in disciplinis principia priora sunt conclusionibus: et in gramatica littere sunt priora syllabis: et in oratione probemiu est prius narratione. Quarto modo prius dicitur qd melius est et honorabilius. Consueuerunt enim plurimi homines honorabiliores et magis dilectos apud se dicere priora: preter hos quatuor modos iam dictos: est vnus alter modus prioris. Eoru que conuertuntur secundum essendi consequentia. et alterum est quodammodo causa alterius: et hoc modo aliquid dicitur prius altero natura: ut res est causa ueritatis orationis de se facte: ut hominem currere conuertitur cum hac oratione ho currit. Et si hominem currere sit uerum hec est uera ho currit et everso. Res autem est causa ueritatis orationis de se facte et non eversa. Ab eo enim qz res est uel non est oratio dicitur uera uel falsa. ergo hec res hominem currere prior est hac oratione ho currit.

Consequenter ponit auctor modos prioris. Primo modo aliqd dicitur ee prius alio tpe: ut seniore est prior iuene. Secundo aliqd dicitur prius alio qd non pterit fm psequentia subsistendi. est autem psequentia subsistendi qn arguitur de est secundo adiacete ad est secundum adiacetes. et dicitur est secundum adiacetes qn non ponit predicatum: ut ho est. Dicitur autem tertium adiacetes qn ponit predicatum: ut ho est albus. Hoc modo aial est prius natura hoie: qz bn sequitur ho est: ergo aial est: sed non everso. Tertio aliquid dicitur prius s3 ordine: ut in sciētijs principia sunt priora conclusionibus. Et dicuntur sciētie discipline a discipulo: et doctrine a doctore. Quarto aliqd dicitur prius dignitate honore uel pfectione. Quintus modus prioris qui tpe philosophi non erat ita assuetus sicut alij est eoz que pterunt fm eendi psequentiam. et vnus est causa alteri quodammodo ut sit. Et tale digne et

rationabiliter potest dici prius natura: q^o sine contradictione vnū potest esse sine alio: et aliud nō sine ipso qd dicitur prius natura 5^o metaphysice: ut res est causa vitatis orationis facte de ipsa re: ut si cursus a parte rei insit hoī: bñ sequit q^o illa ppositio hoī mo currit est vera: et ecōuerso. Aliquādo tamē prius natura dicit a quo aliud depēdet: et cū quo cōuertit: lz nō possit eē sine ipso. Et hoc modo subiectum est prius natura p^o passioe. alios modos p^ois vide 5^o metaphysice. vñ vsus. Tpe natura. p^ois ordi ne dic et honore. Causam causato dicimus eē p^ois.

Simul dicitur tribus modis. Primo mō dicūtur simul quozū generatio est in eodem tpe et neutru est prius neq^o posteri^o. et hec dicuntur simul tempore. Secūdo mō dicūtur simul quecūq^o cōuertūtur et neutru est causa alterius sicut qlibet relatiua: ut duplū et dimidium: pater et filius et sic de alijs. Tertio mō dicūtur simul que equaliter cōdiuidūt aliqd genus ut hō equus leo et sic de alijs que cōdiuidūt hoc genus aīal. et similiter differētie diuidentes aliqd genus dicūtur simul ut rationale irrationale et sic de alijs. Isti autē duo ultimi modi dicūtur siml natura. prim^o autē modus dicitur simul tempore.

Deinde ponit auctor modos simultatis. primo modo aliqua dicuntur simul tpe: ut sunt illa que eodē tpe generant. secūdo aliqua dicuntur simul que p^ouerunt fm cōsequentia subsistēdi: et neutru est causa alterius: ut pater et filius. Et si arguas q^o pater est causa filij. Rñdeo q^o uerū est de absoluto p^ois. Absolutū autē p^ois nō referē ad filiū: nec cōuertit cum ipso. tertio dicuntur simul que ecōtrario diuidūt aliqd genus: ut hō et equus: lz enī hō sit fm se pfectio: equo tū dicūtur simul per cōparationē ad genus qd diuidūt. Et si queras cū tot modis dicat vnū oppositō rū quot modis reliquū: quare nō ponit auct. tot modos simultatis quot p^oioritatis. Rñdeo q^o lz possēt poni: utpote simul fm ordinē uel pfectionē: tū nō fu it necesse illos exprimerē: q^o satis habentur per modos p^ois: cū vnū oppositōz cognoscat per reliquū.

Contra secūdu modū de simul arguit q^o causa est ad cuius eē sequit aliud: sed ad eē vnus relatiui sequit eē alterius. ergo vnus est causa alterius. Dico q^o lz eē vnus relatiui sequat ad aliud. s. illatiue: nō tamē causaliter et fm modū quo effect^o sequit suam causam: uel sic cōsequentia subsistēdi est in qua ad eē vnus sequit eē alterius: et neutru est causa alteri^o.

De motu.

Sex sunt spēs. s. generatio: corruptio: augmētatio: diminutio: alteratio: et secūdu locū mutatio. Generatio ē pgressio de nō esse ad esse. Corruptio est pgressio ab esse ad nō esse. Augmētatio est p^oeristētis quātitatis maioramentū. Diminutio est p^oeristētis quātitatis minoramentū. Alteratio est mutatio a p^oria qlitate in p^oriam qlitatem uel in mediā: ut cū aliquid pmutat ab albedine in nigredinē ul in medios colores. motus fm locū est mutatio de vno loco in alterū. Ador^o autē fm locū sex sunt spēs siue

differētie. s. aī retro sursum deorsum dextruz et sinistrum. Ad omnes autem has partes fit motus.

Alia in p^odicamētis facta est sepe mētio de p^orietate. et mot^o est a p^orio in p^oriū: ideo Aristo. inter post p^odicamēta ponit sex spēs motus: que sunt generatio corruptio et augmētatio diminutio alteratio: et fm locū mutatio: que p^orie non sunt species sed modi uel maneries motus. Contra dū insup q^o motus capit dupliciter. s. p^orie pro mutatione successiua: et sic est solū in trib^o generib^o. s. quātitate qualitate et ubi. Et hoc modo generatio uel corruptio forme substāialis nō est mot^o: q^o fit in instāti. Uñ si ex aqua generet ignis in toto tpe pcedenti est alteratio: puta calefactio: dispositiua materie aque ad introducēdā formā ignis: et in ultimo instāti illius alterationis introducit forma ignis in illa materia: et forma aque corrupit: ita q^o generatio ignis est terminus alterationis pcedētis. Alio modo sumit motus large pro oi mutatione siue successiua siue instātanca: et sic sumitur in pposito.

Generatio est pgressio ad nō esse ad esse. Corruptio vō est pgressio ab eē ad nō eē. Contra hoc arguitur sic. Inter p^odictoria nō est mediū ex 4^o metaphysice. ergo generatio nō est pgressio a nō eē ad esse. p^oba^o p^osequētia: q^o tūc generatio esset mediū inter illa. Rñdeo q^o nō esse pōt capi dupliciter. vno modo pro nō ente simpliciter: qd. s. est purū nihil. alio modo pro ente impfecto quod per cōparationē ad ens pfectū respectu cuius est in potētia dicitur non ens ut semē respectu aīalis ide generandi. Primo modo eē et nō eē sunt p^odictoria: et inter ipsa nullū est mediū. Secūdo modo eē et nō eē nō sunt p^odictoria: sed se hnt ut p^ouatio et habitus: et sic sunt termini generationis. Et isto modo bene est mediū inter ipsa.

Alterius dicit auctor q^o augmētatio est p^oeristētis quātitatis additamentū. Diminutio vō est p^oeristētis quātitatis minoramentū. Contra hoc arguit et videt q^o augmētatio nō sit possibilis naturaliter loquēdo. p^oba^o q^o si sic tūc duo corpora pnt eē naturaliter in eodē loco. cōsequens est falsum: p^oba^o cōsequētia: q^o causa quare duo corpora nō possunt simul esse in eodē loco est q^o dimēiones vnus corporis nō cōpatiuntur secū dimēiones alterius fm Aristo. 4^o phisicoz. Si autē fieret augmētatio eēt ibi dimēiones alimēti cū dimēionib^o aliti. utpote dimēiones cibi cū dimēionibus carnis. Respōdeo quādo alimentū cōuertitur in animal alitum et corrupitur forma substāialis alimenti: corrupit etiā quātitas et cetera accidētia ipsam formā consequētia: et in illa materia a generāte introducitur nō tū forma carnis: sed etiā quātitas et accidētia ipaz formā cōsequētia. et sic nō est ibi repugnātia dimēionū. Ipsa autē forma carnis inducta in materiaz nutrimenti est noua: cū p^oior nō possit iformare duas materias adequatas fm Seco. xliij. di. 4. sen. q. j. Unde nutritio fit per quandā ingenerationem: seu intrinsecam generationez partis noue loco partis antique que fluxit. Augmentum vō fit per aggenerationem partis quante seu maioris.

Deinde dicit auctor q^o alteratio est mutatio ab aliqua qualitate in aliā qualitātē p^oriā uel mediā: ut ab albedine in nigredinē: uel in medios colores. Mutatio autē fm locū est mutatio ab vno loco in aliū. Et sunt sex species eius. s. sursum: deorsum: ante: retro: dextrorsum: sinistrorsum.

Habere dicitur multis modis. **P**ri-
mo modo dicitur habere aliquam qualita-
tem ut disciplinam aut virtutem. **S**ecun-
do modo dicitur habere quantitatem ut magni-
tudinem ut bicubitum tricubitum. **T**ertio modo dicitur
habere ea que circa corpus sunt adiacentia
ut uestimentum et tunicam. **A**ut circa membra ut in
manu anulum. **E**t hinc isto tertio modo sum-
ptus est unum de decem predicamentis et diffinitio
sic. **H**abitus est corporum et eorum que circa cor-
pus sunt adiacentia ut est armatio vel caligatio
et similiter fingatur nomina in alijs secundum adiacen-
tiam illam. hec enim dicuntur habere. illa vero ha-
beri. **Q**uarto modo dicitur habere membra ut ma-
num aut pedem. **Q**uinto modo dicitur habere sicut
continentem contentum ut lagenam vinum aut modium
grana tritici. **S**exto modo dicitur habere possessionem
ut domum aut agrum. **S**eptimo modo dicitur
habere uxorem: et de hoc modo dicit aristoteles
quod iste modus est alienissimus in eo quod est ha-
bere propter hoc quod vir habens uxorem etiam ha-
betur ab ea. vinculum enim matrimonij indisso-
lubiliter ligat utrumque. **E**t dicitur quod forte alij mo-
di apparebunt in eo quod est habere. **S**ed qui
consueverunt dici pene omnes enumerati sunt.

Uta habitus est unum. x. predicamentorum: id po-
nit auctor diversos modos habendi. scilicet qualita-
tem vel quantitatem: **U**el ea que circa corpus sunt
sive quo ad partem corporis: ut hinc in digito
anulum. sive quo ad totum corpus: ut hinc uestimentum. **4**^o
modo dicitur quod hinc membra. **5**^o modo dicitur continens hinc
contentum. **6**^o modo hinc possessionem. **7**^o modo hinc uxorem
et iste modus scilicet tri. est alienissimus quod hinc habet.
Tri enim et mulieris est mutua corporum potestas.

Incipit quartus tractatus syllogismorum. et
primo de syllaba in generali. **C**ap. p^m.

Propositio est oratio affirmativa
vel negativa alicuius de aliquo vel
alicuius ab aliquo. **T**erminus est
in quem resolvitur propositio: ut in
subiectum et in predicatum. **D**ici de
omni est quando nihil est sumere sub subiecto
de quo non dicatur predicatum: ut omnis homo
currit. hic cursus predicatur de homine et nihil est
sumere sub homine de quo non dicatur cursus.
Dici de nullo est quando nihil est sumere sub sub-
iecto a quo non remoueat predicationem: ut nul-
lus homo currit. hic cursus remouetur ab omni
homine et nihil est sumere sub homine a quo
remoueat cursus.

Postquam in precedentibus auctor tractavit de par-
tibus syllogismi. hic consequenter tractat de
ipso syllogismo. **E**t quia inuenta est nobis via a
magis comibus ad minus comia. pcedere propter phisicorum: id est
modo tractat de syllogismo simpliciter seu veli sumpto.
Et quia syllogismus componitur ex propositionibus: permittit
quod est propositio dicens: quod propositio est oratio affirmativa
sive assertiva alicuius de aliquo: vel negativa alicui-

us ab aliquo. **E**t ponit ibi orationem tanquam genus ad pro-
positionem. **P**er illud autem distinctum affirmativa vel negativa
circuloque differetiam. **C**irca quod sciendum quod aliter
diffinitur propositio in libro priorum. aliter in libro poste-
riorum. et aliter in libro thopicorum. **D**iffinitur in libro po-
riorum secundum quod est principium syllogismi inferentis in materia
generali in qua non considerat veritas vel falsitas. et sic
propositio est oratio affirmativa alicui de aliquo etc. **I**n
libro vero posteriorum diffinitur secundum quod est principium syllogis-
mi demonstrativi. et sic propositio est enunciationis alte-
ra pars. scilicet vera. **M**axime syllogismus demonstrativus ex so-
lis evidenter veris est. **I**n libro vero thopicorum diffinitur
propositio est principium syllogismi dialectici. **E**t sic propositio
dialectica est interrogatio probabilis omnibus vel plu-
ribus aut sapientibus.

Quia etiam propositiones componuntur ex terminis declarat
quod sit terminus dicens: quod terminus est in quem resolvitur pro-
positio. ut in subiectum et in predicatum. **U**nusquodque enim
resolvitur in ea ex quibus componitur: quod ergo propositio com-
ponitur ex terminis. scilicet ex subiecto et predicato que sunt
materia propositionis. id est resolvitur in ipsa. **E**t intelligitur hoc
de resolutione que est in voces significativas: non au-
tem de illa que est in litteras et syllabas: quod talis resolutio
non considerat a logico sed a grammatico. **U**bi terminus est
quod minimum in logica consideratum ultra quem logicus non
descendit. **S**yllogismus vero est quod maximum ultra quem
non ascendit. **L**ittera vero est quod minimum in grammatica: et
oratio quod maximum. **D**icuntur etiam subiectum et predicatum
termini propositionis: quod sunt duo extrema ipsam propositionem
terminantia. **C**opula autem et si large possit dici termi-
nus: non tamen proprie: quod tunc in syllogismo essent plus quam
tres termini: quod est falsum. **U**bi resolutio proprie ha-
bet fieri in materia et non in forma: quod vero syllogismi
regulantur per dici de omni et dici de nullo: ideo au-
ctor consequenter declarat quid sit dici de omni etc.

Dici de omni est quando nihil est sumere sub subiecto de
quo non dicatur predicatum: ut omnis homo currit. **H**ic cursus pro-
dicatur de omni homine. **U**bi tunc in aliquo propositione est dici de omni
quando predicatum affirmatur de subiecto distributo pro omnibus
suis suppositis. **E**t per hoc patet regulari syllogismi
affirmativi: ut de aial currit: omnis homo est aial. ergo omnis
homo currit. **I**n maiori enim dicitur cursus de aiali di-
tributo. ergo affirmabitur de quolibet supposito aiali
lis. **U**bi ergo in minori sumatur homo sub aiali sequitur
quod cursus predicabitur de homine in conclusione.

Dici de nullo est quando nihil est sumere sub subiecto
a quo non remoueat predicatum: ut nullus homo currit. **H**ic
cursus remouetur ab omni homine. **U**bi tunc est dici de nullo
in aliquo propositione quando predicatum negatur a subiecto distribu-
to per signum vel negativum pro omnibus suis suppositis.
Tunc enim nihil est sumere sub subiecto a quo non remo-
ueatur predicatum sed modum enunciandi. **E**t per hoc regulantur
syllabi negativi. **E**t notandum quod dici de omni est duplex.
quoddam est posteriori scilicet de quo. scilicet tractatur in libro po-
steriorum. **E**t est quando predicatum secundum esse pervenit subiecto
pro quolibet supposito et pro qualibet differetia terminis
Et sic requirit universalitatem terminis et supposito: ut
omnis homo est aial. **A**liud est priori scilicet in quo non requiritur
universalitas terminis vel supposito: secundum esse: sed sufficit
universalitas supposito secundum modum enunciandi. **E**t
de tali est hic ad propositum. **U**bi ad dici de omni non requiritur
quod predicatum insit omni supposito subiecti: sed quod denotet
in esse. **E**x falsis enim habent syllogizantur. **U**bi ex falso habent
sequitur verum: scilicet ex nero non sequatur nisi verum ex primo pro-
positione. **U**t omnis lapis est aial. quidam homo est lapis. ergo quidam
homo est aial. **H**is premissis ponit auctor definitionem

Syllogismi dicens.

Syllogismus est oratio in qua quibus
 da; positis & processis necesse est aliud
 accidere per ea que posita sunt & cōces
 sa. ut omne aial est substantia. omnis homo
 est aial. ergo omnis hō est substantia. Hoc to
 tum est oratio in qua quibusda; positis scilicet
 duabus pmissis necesse est aliud accidere. s.
 conclusionem. omnis autē syllogismus con
 stat ex tribus terminis & duabus ppositioni
 bus: quarum ppositionū prima uocat maior
 secunda minor. Ex tribus autē terminis nō
 possunt fieri due ppositiones nisi alter illorū
 terminorum sumatur bis. Et tunc ille termi
 nus bis sumptus aut subicit in vna & predi
 catur in alia et sic est prima figura. aut p dicitur
 in utraq; et sic est secunda figura. aut subicitur
 in utraq; et sic est tertia figura. Horum autem
 terminorū alter uocat medium. alter maior
 extremitas. alter vō minor extremitas. Me
 dium est terminus bis sumptus ante cōclusi
 onem. Maior extremitas est terminus sum
 ptus in maiori ppositione cum medio. mi
 nor extremitas est terminus sumptus in mi
 nori ppositione cum medio.

¶ Circa qd notādū qd syllogismus est oīo nō cathe
 gorica sed ypothetica que est vna vnitatis ordinis:
 qd videlicet pmissis ordinant ad vnā pclusionē ife
 redā rōne vnitatis mediū in quo extremitates vni
 unt in pmissis: & pclusio vtrualiter cōtinet. ipsa autē
 cōclusio est aliud a pmissis nō rōne materie: quia est
 idēitas terminorū in pmissis & pclusionē: sed ppter
 aliā habitudinē & cōpositionē ipsorū. Accidere etiā
 in pposito nō sumit ppter accidēs distinguētra ne
 cessariū: sed ppter tñ ualeat quātū sequi: qd in syllo cō
 clusio necessario sequitur ex pmissis. & est ibi necessi
 tas psequētie & nō psequētis de qua dictū est in cō de
 ppōne ypothetica. Illa autē clausula & processis nō po
 nit ab Ari. in pō pōz: qd syllogismus simplex nō req
 rit qd pmissis pcedant euz abstrahat a materia uera
 uel falsa. ponitur tamē ab auctore: qd quis nō requi
 rat hoc syllogismū in cōmuni: tñ sibi nō repugnat.

¶ Diuidit autē syllogismus s; Ari. in pō pōz: in syl
 logismū pfectū & impfectū. Syllogismus pfectus est
 qui nullius indiget ut appareat necessarius: qd v; in
 eo apparet euidenter necessitas illationis pclusionis
 ex pmissis. Cuiusmodi sunt quatuor pmi modi prie
 figure: qd inmediate regulant per dici de oī & dici de
 nullo. Alij vō modi sunt impfecti: qd indigēt reduci
 ad hos quatuor pmos: ut in ipsis sit euidenter necessi
 tas illationis. An illi nō nisi mediate & ex psequenti
 regulant per dici de omni & dici de nullo: inquantū
 reducuntur ad syllogismos perfectos.

¶ Circa pmissa pōt dubitari utrū pclusio sit de ite
 gritate syllogismi. ad qd dicit quidā qd nō: qd remo
 ta pclusionē remanet syllogismus pfectus idētermia
 to modo & figura: cū modus sit ordinatio duarū pre
 missarū: ex quib; pstat oīs syllogismus: ut dicit au
 ctor in sequentib;. S; ista opinio nō videt uera. qd
 syllogismus formaliter est quedā secūda itētio que
 est bitudo seu cōparatio pmissarū ad pclusionē: seu
 relatio rōnis discurrentis a magis noto ad min⁹ no

tū. S; relatio nō pōt eē sine extremis. ergo syllogis
 mus nō erit pfectus & iteger sine pclusionē. minor pa
 ter qd si relatio eēt sine termino iā nō eēt relatio euz
 eē eius sit ad aliud se hie. An dicitio est respectū eē
 sine fundamēto & termino s; m. Seco. xij. di. 4. sen. q.
 j. Cōfirmat qd syllogismus formaliter est quedā ne
 cessaria illatio pclusionis a pmissis: ut patet ex diffi
 nitione syllogismi. Nō est autē illatio sine iferēte & si
 ne illato. utrūq; autē exprimit in diffinitione syllogis
 mi sicut fundamētū & terminus illi⁹ relatiōis. pars
 iferēs qd dicit quibusda; positis. i. pmissis. pars illa
 ta qd dicit necesse est aliud accidei e. i. sequi. s. pclu
 sionē que est aliud a pmissis. ¶ Ad rōnē autē in op
 positū dico qd remota pclusionē nō remanet syllogis
 mus nec modus iteger nec pfectus. Ad hoc enim nō
 tū regit dispositio pmissarū: sed etiā pclusiones: s;
 enim syllogismus pstat ex duab; ppōnib; s; m. aucto
 re: nō tñ pwise: s; etiā modus sit dispositio pmissarū
 nō tñ solū uel pwise. Nec hoc itēdit auctor: als sibi d
 diceret: cū in sequentib; dicat qd argumētatio cui⁹ syl
 logismus est spēs pncipalis est totalis oīo cōposita
 ex pmissis & pclusionē. An in pposito itēdit de pro
 positionib; iferētib;: per quas syllogismus differt ab
 alijs spēs argumētationis: nō per hoc excludēs p
 positionē illatā. ppōnes autē iferētes tñ sunt due.

¶ Actat psequēter auct. de materia syllogis
 mi ppinqua. s. de ppōnib; & de remota. s. de
 terminis di. qd oīs syllogismus pstat ex trib; ter
 minis & duab; ppōnib;. quarū ppōnū pma uocat ma
 ior ppositio: & secūda minor. Terminorū ali⁹ uocat
 mediū: ali⁹ maior extremitas: & ali⁹ minor extremitas.
 Mediū est enim termin⁹ bis sumpt⁹ an pclusi
 onē. Maior extremitas est termin⁹ in maiori ppō
 ne semel sumpt⁹ cū medio. Minor extremitas est
 terminus in minori ppōne semel sumpt⁹ cū medio
 ¶ Rō pdictorū patet ex hoc: qd ex vniōne extremitatū
 cū medio in pmissis: uel earū separatiōe iferē vniō
 uel separatiō extremitatū in pclusionē. S; non pōt
 eē vniō extremitatū cū medio nisi sint due ppōnes
 & mediū bis sumat: ita qd ex vna extremitate cū me
 dio fiat vna ppositio. s. maior: & ex alia extremitate
 cū medio fiat alia. s. minor. & sic in oī syllogismo re
 quirunt due ppōnes cū trib; terminis. ¶ Prima autē
 ppositio uocat maior & secūda minor: qd subiectus
 minoris sumit sub subiecto maioris in quatuor mo
 dis pfectis ad quos alij reducunt. Minor autē est
 maiorib; subici. Terminus vō sumpt⁹ in maiori p
 pōne cū medio uocat maior extremitas: alius autē
 minor extremitas: qd extremitas maior est maioris
 cōtinetie & ambit⁹ qd minor extremitas. In pclusi
 onē enim directa qd termini ordinant s; supius & in
 ferius maior extremitas est magis cōmuni qd mi
 nor extremitas ut in pluribus. Mediū autē dicitur:
 quia in eo extremitates vniuntur.

¶ S; ptra pdicta arguit qd in syllogismo ex opposi
 tis nō sunt nisi duo termini qui tñ est bonus syllogis
 mus s; m. Ari. in libro pōz. An syllogismus ex oppo
 sitis est ille qui ex pmissis dicitur ul' dicitur is syllogi
 zat idē de seipso negatine: ut oīs disciplina est studi
 osa. nulla disciplina est studiosa. ergo nulla discipli
 na est disciplina. Respōdeo qd s; in tali syllogismo
 non sunt nisi duo termini materialiter: sunt tamen
 tres termini formaliter. Unus enim illorū habet
 rōnē maioris extremitatis & minoris: ille. s. qui de se
 ipso negat in pclusionē. cū in maiori ppōne mediū
 de seipso afferatur: & in minore remoueat.

Syllogismum autem exigitur modus et figura. figura est ordinatio trium terminorum secundum subiectionem et predicationem. Nec autem ordinatio fit tribus modis: ut dictum est prius. et secundum hoc tres sunt figure. Prima figura est quando medium subicitur in una propositione et predicatur in alia ut omne animal est substantia. omnis homo est animal. ergo omnis homo est substantia. Secunda figura est quando medium predicatur in utraque. ut omnis homo est animal. nullus lapis est animal. ergo nullus lapis est homo. Tertia figura est quando medium subicitur in utraque ut omnis homo est animal. omnis homo est substantia. ergo quedam substantia est animal. Unde usus. Sub pre prima. secunda pre bis. tertia bis sub.

Deinde determinat auctor de principiis formalibus. scilicet de figura et modo. Et primo de figura tanquam de communione dicens: quod figura est ordinatio trium terminorum secundum subiectionem et predicationem. Nec enim ordinatio fit tripliciter. uel enim medium subicitur in maiori et predicatur in minori: et sic est prima figura: ut omne animal est substantia: omnis homo est animal. aut medium predicatur in utraque et sic est secunda figura. ut omnis homo est animal: nullus lapis est animal. uel medium subicitur in utraque: et sic est tertia figura: ut omnis homo est animal: omnis homo est risibilis. unde uersus Sub pre prima bis pre secunda tertia bis sub. Non est ponenda quarta figura sed tamen tres figure: licet enim contingat arguere quando medium predicatur in maiori et subicitur in minori: tamen quantum ad equivalentiā est prima figura: ut dicit Guilielmus ocham: quod non sunt alie propositiones quam ille que disponunt in prima figura. Sunt enim propositiones prime figure transposite inferentes eandem conclusionem: ut si arguitur. omnis homo est animal. omne animal est substantia. ergo omnis homo est substantia. Sunt eadem propositiones: sed non eodem ordine quo sunt in hoc syllogismo. Omne animal est substantia: omnis homo est animal. ergo omnis homo est substantia. Si autem arguas in quarta figura. omnis homo est animal: quoddam animal est substantia. ergo quedam substantia est homo. Dico quod istud argumentum concludit tamen gratia materie sed non gratia forme. Accipiam enim alios terminos in quibus premissa erunt uere et conclusio falsa ut hic. omnis homo est animal: quoddam animal est equus. ergo quoddam equus est homo. hec autem ordinatio trium terminorum dicitur figura per similitudinem ad triangulum: sicut enim tres linee constituunt triangulum: sic tres termini figuram. Et sicut secundum uariam dispositionem linearum fiunt tres species trianguli: sic secundum uarias ordinationem terminorum efficiunt tres figure. Si enim tres linee trianguli sunt equales: tunc est una species trianguli que dicitur isopleurus: ut hic \triangle . Si uero due tamen fuerint equales erit alia species que dicitur isosceles: ut hic \triangle . Si autem omnes linee fuerint in equales erit alia species que dicitur scalenon uel gradatus: ut hic \triangle .

Modus est ordinatio duarum propositionum in debita qualitate et quantitate. Debata qualitas est quod si una sit negatiua reliqua erit affirmatiua. Debata quantitas est quod si una est particularis reliqua erit uniuersalis. unde tales dantur regule uniuersales ad quilibet figuram. Ex puris particularibus indefinitis et singu-

laribus nihil sequitur. unde oportet alteram premissarum esse uniuersalem. Item ex puris negatiuis nihil sequitur. unde oportet alteram premissarum esse affirmatiua. Item si aliqua premissarum fuerit particularis conclusio erit particularis et non e contra. Item si aliqua premissarum fuerit negatiua conclusio erit negatiua. Item medium nunquam debet poni in conclusione.

Deinde diffinit auctor modum dicens: quod modus est ordinatio duarum propositionum in debita quantitate et qualitate. In combinationibus et coniugationibus inutilibus non obseruatur debita quantitas uel qualitas sed regulas sequentes: et ideo sunt inutiles ad inferendas conclusiones ex premissis. unde inutilis combinatio dicitur ordinatio duarum propositionum: ex quibus non sequitur consequentia formali aliqua conclusio: sicut quando ambe premissa sunt particulares uel ambe negatiue.

Insuper ponit auctor regulas generales: quarum prima est ex puris particularibus indefinitis aut singularibus non potest fieri bonus syllogismus. cuius ratio est: quod quando ambe premissa sunt particulares extremitates possunt uniri cum medio pro diuersis partibus eius: quare non sequitur unio illarum extremitatum inter se.

Sed contra hanc regulam arguitur dupliciter. primo sic Bene sequitur quoddam animal est substantia. quidam homo est animal. ergo quidam homo est substantia. Et tamen iste syllogismus est ex puris particularibus. Item bene sequitur sor. est animal. sor. est risibilis. ergo risibile est animal: et tamen arguitur ex puris singularibus. Rursum ad primum quod illud argumentum tenet solum gratia materie et non gratia forme syllogistice. Unde in alijs terminis non ualere: ut si arguatur sic. Quoddam animal est equus: quidam homo est animal: ergo quidam homo est equus. Ad secundum dicitur uno modo quod licet argumentum ualeat per syllogismum expositiuium: non tamen per syllogismum qui regulatur per dicitur de omni et dicitur de nullo de quo auctor loquitur qui est in modo et in figura. Aliter dicit Ocham quod illud dicitur Ari. in libro priorum: quod sine uniuersali non fit syllogismus intelligi debet quando omnes termini sunt communes: non autem quando est aliquis terminus discretus. Docet enim Ari. principaliter quomodo syllogizandum est in sciētis que utuntur terminis communibus non autem discretis. Est autem syllogismus expositiuius qui est ex duabus premissis singularibus dispositis in tertia figura qui ideo dicitur expositiuius quod est euidentissimus. Euidētissime enim sequitur sor. est homo. sor. est animal. ergo aliquod animal est homo.

Secunda regula est quod ex puris negatiuis non potest fieri bonus syllogismus. Et est ista regula cum ceteris intelligenda de syllogismis qui ualentur forme et non ratione materie. Ratio huius regule est quod propter separationem duorum extremorum ab aliquo tertio non sequitur unio uel separatio eorum inter se: ut propter separationem hominis et animalis a lapide non sequitur separatio hominis et animalis ab inuicem.

Tertia regula est quod si aliqua premissarum fuerit particularis conclusio erit particularis. Cuius ratio potest assignari: quod propter unionem duarum extremitatum cum medio in premissis inferitur unio extremitatum inter se in conclusione. Quia autem una premissarum est uniuersalis et alia particularis: licet una extremitas uniat cum medio uniuersaliter: alia tamen tamen uniat particulariter. et ideo non potest ex hoc inferri uniuersaliter unio ipsarum extremitatum inter se.

Quarta regula est quod si aliqua premissarum fuerit

negatiua cōclusio erit negatiua. cuius ratio est quia quando vna premissarū est negatiua: l3 vna extremitas vniatur cū medio in premissa affirmatiua. alia tñ separaf ab ipso in negatiua. et iō in cōlusionē nō vniens extremitates ad inuicē sed separabunt. Quinta regula est q̄ mediū nunq̄ debet poni in cōlusionē. qd̄ ex hoc patet quia cōclusio virtualiter continetur in medio. et ideo si ingrederetur cōlusionem esset id quod probatur.

De prima figura.

Prima figura nouem habet modos. Primi quatuor modi cōcludūt directe. Reliq̄ vō quinq̄ cōcludūt indirecte. Directe cōcludere est maiore extremitatem p̄dicari de minori in cōlusionē. Indirecte cōcludere est minore extremitatē p̄dicari de maiori in cōlusionē. Nota duas regulas. quarum prima tñ cōuenit prime figure quo ad quatuor p̄mos modos. et secūde quo ad omnes. Secunda etiā cōuenit tñ p̄me figure quo ad eius quatuor p̄mos modos: et tertie figure quo ad oēs. Prima regula talis est. minore existēte negatiua nihil sequit̄. Secunda regula est maiore existente particulari nihil sequitur.

h It agit auctor de p̄ma figura: cui⁹ sunt nouē modi: quoz quatuor p̄mi cōcludūt directe ceteri vō quinq̄ indirecte. Est autē directe cōcludere maiore extremitatē p̄dicari de minori in cōlusionē: cuius ratio est ut ait Ochā in sua minori logica: quia quādo syllogismus est ex ueris: et termini ordinantur p̄m superius et inferius: in tali cōlusionē p̄dicatur qd̄ natū est p̄dicari: et subicitur qd̄ natū est magis proprie subici: quia p̄dicatur superius de inferiori. Non sic in cōlusionē indirecta. Unde cōcludere indirecte est minorem extremitatem p̄dicari de maiori in cōlusionē iuxta istos vsus. Dicās concludi directe quādo ma de mi. Est indirecta cōclusio quādo mi de ma. Et ponit auctor duas regulas in p̄ma figura quo ad modos directe cōcludentes.

Prima regula est q̄ in huiusmodi quatuor modis minore existente negatiua nihil sequit̄. Qd̄ itel ligendū est for: mali consequentia. tunc enim sequeretur ex uero falsum: ut arguēdo sic. Omnis homo est animal: nullus asinus est homo: ergo nullus asinus est animal. p̄misse sunt uere et cōclusio est falsa. Unde sic arguēdo ponēdo minore negatiua inferetur remotio superioris ab inferiori: ut patet in argumentopremisso. Sed cōtra bene sequitur. Dis homo est animal: nullus lapis est homo. ergo nullus lapis est animal. et tamen minor est negatiua. Rñ ideo q̄ illud argumentū tenet gratia materie et non gratia forme cum nō ualeat in alijs terminis ut patet in precedentibus.

Secūda regula est q̄ in eisdē modis maiore existente particulari nihil sequitur. s. consequentia for mali. vnde non sequitur quidam homo est animal nullus asinus est homo. ergo nullus asinus est animal. p̄misse enim sunt uere et cōclusio falsa. Causa huius regule patet q̄ in istis quatuor modis mediū subicitur in maiori: et oportet fieri sumptio sub medio in minori: sed nō pōt esse sumptio sub medio particu-

lari: et ideo oportet q̄ maior sit semp̄ vniuersalis.

Barbara. Prim⁹ modus cōstat ex duabus vniuersalibus affirmatiuis vniuersales affirmatiua directe cōcludētibus. ut omne animal est substantia: ois homo est animal. ergo omnis hō est substantia. Celarēt. Secūdus modus cōstat ex maiore vniuersali negatiua et minore vniuersali affirmatiua. vniuersalē negatiua directe cōcludētibus. ut nullū animal est lapis: omnis hō est animal. ergo nullus homo est lapis. Barij. Tertius modus cōstat ex maiore vniuersali affirmatiua et minore particulari affirmatiua particularem affirmatiua directe cōcludētibus. ut omne animal est substantia. quidā hō est animal. ergo quidam hō est substantia. Ferio. Quartus modus cōstat ex maiore vniuersali negatiua et minore particulari affirmatiua particulares negatiua directe cōcludētibus. ut nullū animal est lapis. quidam hō est animal. ergo quidā homo non est lapis. Baralipton. Quintus modus cōstat ex duabus vniuersalibus affirmatiuis particularem affirmatiuas indirecte cōcludētibus. ut omne animal est substantia. ois homo est animal. ergo quedā substantia est hō. Et reduciē ad primū modum prime figure per conuersionē cōlusionis per accidēs. Celantes. Sext⁹ modus cōstat ex maiore vniuersali negatiua et minore vniuersali affirmatiua vniuersalē negatiuas indirecte cōcludētibus. ut nullū animal est lapis. ois hō est animal. ergo nullus lapis est hō. Et reduciē ad secūdū modū prime figure cōlusionē uersa simpliciter. Babitis. Septim⁹ modus cōstat ex maiore vniuersali affirmatiua et minore particulari affirmatiua particularem affirmatiua indirecte cōcludētibus. ut oē animal est substantia. quidam hō est animal. ergo quedā substantia est hō. Et reduciē ad tertium modū p̄me figure cōlusionē cōuersa simpliciter. Sapismo. Octau⁹ modus cōstat ex maiore vniuersali affirmatiua et minore vniuersali negatiua particularem negatiuam indirecte cōcludētibus. ut oē animal est substantia. nullus lapis est animal. ergo quedā substantia nō est lapis. Et reduciē ad quartū modū prime figure maiore cōuersa per accidēs et minore simpliciter et per transpositionem premissarū. Frisio morum. Nonus modus cōstat ex maiore particulari affirmatiua et minore vniuersali negatiua particularem negatiua indirecte cōcludētibus. ut qd̄ dā animal est substantia: nullus lapis est animal. ergo quedā substantia nō est lapis. Et reduciē iste modus ad quartū modū prime figure maiore et minore cōuersis simpliciter et per transpositionem premissarum.

C Deinde ponit auctor modos prime figure. Ad quorum faciliorem memoriam notandi sunt isti uersus. Barbara celaret darij ferio baralipton. Celantes dabitur fapesmo frifesomoz. Lesare camestres festino baroco. Darapti felapton disamis datisi bocardo ferison. In his quatuor uersibus sunt. xix. dictiones. xix. modis triu figurarum deseruietes: ita quod per primam dictionem primi uersus intelligitur primus modus prime figure: et per secundam secundus modus: et sic de alijs. Unde duo primi uersus deseruiunt modis prime figure. tertius uero uersus propter ultimam dictionem deseruit modis secunde figure. Ultima autem dictione tertij uersus cum alijs dictionibus quarti uersus deseruit modis tertie figure.

C Item sciendum quod per hanc uocalem .a. intelligitur uniuersalis affirmatiua: per .e. uniuersalis negatiua: per i particularis affirmatiua: per .o. particularis negatiua. Item in qualibet dictione sunt tres syllabe: et si quod residuum fuerit superfluit quantum ad propositum: ponitur tamen causa metri. Per primam autem illarum syllabarum intelligitur maior propositio. Per secundam minor. Per tertiam conclusio. ubi gratia. Prima dictione. s. Barbara habet tres syllabas in quarum qualibet ponitur .a. Per .a. terpositum significatur primus modus prime figure qui constat ex duabus propositionibus affirmatiuis uniuersalibus concludentibus uniuersalem affirmatiuam ut omne animal est substantia: omnis homo est animal. ergo omnis homo est substantia. Regulariter autem iste modus immediate per dici de omni: quod quicquid predicatur de aliquo subiecto distributo predicatur de quolibet sumpto sub eo: sed substantia predicatur de animali distributo in maiori: et sub animali sumitur homo in minori. igitur etiam substantia predicabitur de homine in conclusione. per idem potest declarari de tertio modo scilicet Darij.

C Notandum quod in hoc syllogismo et etiam in alijs oportet terminos sumi eodem modo. Si enim unus terminus sumeretur pro uno significato uel supposito in una propositione et in alia pro alio tunc essent quatuor termini in syllogismo uirtualiter quantum ad rem significatam. Debet etiam sumi termini eque ample et eque stricte in una propositione sicut in alia. Contra hunc modum posset sic argui. Cuiuslibet dictionis altera pars est uera. Omnis homo est asinus est dictionis altera pars. ergo ipsa est uera. Unde quod non bene sumitur in minori. Non enim debet plus predicari in minori quam distribuat in maiori. Cum ergo ly dictionis distribuat in maiori debet esse predicatum minoris. Et ideo sic debet argui. Cuiuslibet dictionis altera pars est uera: sed omnis homo est asinus et quidam homo non est asinus est quedam dictione. ergo omnis homo est asinus: uel altera pars est uera: et est iste syllogismus in darij: cum minor non sit uniuersalis: sed singularis.

C Secundus modus. s. Celaret constat ex uniuersali negatiua et uniuersali affirmatiua uniuersalem negatiuam concludentibus: ut nullum animal est lapis. omnis homo est animal. ergo nullus homo est lapis. Regulariter autem iste modus per dici de nullo: quod quicquid remouetur a subiecto distributo remouetur a quolibet sumpto sub eo. Cum igitur remouetur lapis ab animali in maiore: et sub animali sumitur homo in minore. ergo etiam lapis remouetur ab homine in conclusione. hoc etiam potest declarari in ferio. Sed contra hunc modum arguitur sic. Non sequitur: nullum uiuens generabitur: omnis homo est uiuens. ergo nullus homo generabitur. Et tamen arguitur in Celaret. Unde quod hoc argumentum non ualet: quod termini non tenentur eque ample in una propositione sicut in

alia. homo enim in minori supponit tamen pro presentibus ratione illius ubi est quod est presentis temporis. In conclusione uero ampliat ad presentes et futuros ratione ubi futuri temporis. Ad hoc ergo quod argumentum concludat debet restringi in conclusione ad presentes: ergo nullus homo presentis generabitur.

C Tertius modus est Darij et constat ex uniuersali affirmatiua et particulari affirmatiua particularem affirmatiuam concludentibus: ut omne animal est substantia. quidam homo est animal. ergo quidam homo est substantia. Contra hunc modum arguitur sic. Non sequitur omne currēs est homo: quidam asinus potest esse currēs. ergo quidam asinus potest esse homo. Unde quod non bene arguitur: quod ibi non sunt tamen tres termini: cum currēs sit subiectum maioris et potest currere predicatum minoris.

C Quartus modus. s. ferio constat ex uniuersali negatiua et particulari affirmatiua particularem negatiuam concludentibus: ut nullum animal est lapis. quidam homo est animal. ergo quidam homo non est lapis. Contra hunc modum arguitur sic: quod non sequitur. Nullum animal est species: sed homo est animal: ergo homo non est species. Et tamen arguitur in ferio. ergo non est consequentia formalis. Unde quod argumentum non ualet: quia ibi non sunt tamen tres termini cum homo in minori teneatur pro supposito: quod supponit ibi determinate. In conclusione uero tenetur pro natura communi: quia ibi supponit simpliciter.

C Quintus modus. s. Baralipton constat ex duabus uniuersalibus affirmatiuis particularem affirmatiuam indirecte concludentibus: ut omne animal est substantia: omnis homo est animal. ergo quedam substantia est homo. Et reducitur ad primum modum per uersionem conclusionis per accidens. Circa quod sciendum quod reducere unum syllogismum ad alium est ostendere quomodo syllogismus minus perfectus euidenter concludit per alium syllogismum perfectiorem ad quem reducitur. Item sciendum quod ille quatuor dictiones per quas designantur quatuor modi perfecti incipiunt ab istis consonantibus .b. .c. .d. .f. et omnes alie dictiones per quas designantur modi imperfecti incipiunt ab eisdem. Modi igitur incipientes per .b. debent reduci ad barbara: per .c. ad celaret: per .d. ad darij: per .f. ad ferio. Item ubicumque ponitur .s. in istis dictionibus signatur quod propositio intellecta per uocalem immediate precedentem .s. debet conuerti simpliciter: et per .p. signatur quod propositio intellecta per uocalem immediate precedentem debet conuerti per accidens. et ubicumque ponitur .m. signatur quod debet fieri transpositio premissarum faciendum .s. de maiori minore et e conuerso. Et ubicumque ponitur .c. signatur quod modus ille debet reduci per impossibile. unde usus. Simpliciter uerti uult. .s. .p. uero per accidens. .m. uult transponi. .c. uero per impossibile duci.

C Sed contra predicta arguitur sic. Conclusio de baralipton est particularis affirmatiua: ergo non debet conuerti per accidens: probatur consequentia quod Aristoteles tractans de conuersione propositionum non posuit particularem affirmatiuam conuerti per accidens. Unde quod Aristoteles egit de conuersione in quantum erat consequentia formalis: particularis autem affirmatiua non conuertitur per accidens gratia forme: sed tamen gratia materie: et ideo de illa non determinauit. Sed tunc quomodo erit baralipton consequentia formalis: dico quod potest patere hunc modum concludere formaliter per illam regulam. Quicquid sequitur ad consequens sequitur ad antecedens: sed sic est quod ad illud antecedens. omne animal est substantia. omnis homo est animal: sequitur in barbara. omnis homo est substantia. Ad aliud autem consequens sequitur per conuersionem per accidens. quod quedam substantia est homo. ergo et illa conclusio

conclusio sequit ad ipm antecedēs in baralipon: cū ibi sint eedem pmissē que in barbara.

¶ Sextus modus. s. celātes pstat ex vniuersali negatiua & vniuersali affirmatiua vniuersalē negatiuā cōcludentib⁹ indirecte: ut nullū aial est lapis. ois homo est aial. ergo nullus lapis est hō: & reducitur ad celarent per puerfionē cōclusionis simpliciter.

¶ Septim⁹ modus. s. Dabitur cōstat ex vniuersali affirmatiua & particulari affirmatiua particularē affirmatiuā cōcludentib⁹ indirecte: ut oē aial est substātia. qdam hō est aial. ergo qdam substātia est hō & reducitur ad Darij per conuersionem cōclusionis simpliciter.

¶ Octauus modus. s. fapesmo cōstat ex vniuersali affirmatiua & vniuersali negatiua particularē negatiuā cōcludentib⁹ indirecte: ut oē animal est substātia. nullus lapis est aial. ergo qdaz substātia nō est lapis: & reducitur ad ferio maiori cōuersa per accidēs: qd designat per illā litterā. p. sequētē p̄mā syllabā imediate & minore puerfa simpli: qd signat per. s. sequētē imediate scđam uocalē. s. e. per quā intelligitur minor: & per trāspōnem pmissarū qd denotat per. m. & sic pōt applicari in alijs modis.

¶ Nonus modus. s. frisesomozū cōstat ex particulari affirmatiua & vniuersali negatiua particularē negatiuā cōcludentib⁹ indirecte: ut quoddam aial est substātia. nullus lapis est aial. ergo quedā substātia nō est lapis. & reducitur ad ferio maiore & minore puerfis simpliciter & per trāspōtionem pmissarū.

De secunda figura.

Equitur de secūda figura cui⁹ tales danē regule. In secūda figura maiore existēte particulari nihil sequit.

Itē in secūda figura ex puris affirmatiuis nihil sequit. In secūda figura semp concluditur negatiue. Secūda figura quatuor hēt modos. Cesare p̄mus modus cōstat ex maiore vniuersali negatiua: & minore vniuersali affirmatiua: vniuersalē affirmatiuā directe cōcludentib⁹: ut nullus lapis est animal: ois homo est aial. ergo nullus hō est lapis. Et reducitur iste modus ad secūdū modū p̄me figure maiore cōuersa simpliciter. Camestres Secundus modus cōstat ex maiore vniuersali affirmatiua: & minore vniuersali negatiua: vniuersalē negatiuā directe cōcludentib⁹: ut omnis hō est aial: nullus lapis est animal. ergo nullus lapis est hō. & reducitur iste modus ad secundū modū p̄me figure minore & cōclusionē cōuersis simpliciter. & per trāspōtionē pmissarū. Festino. Tertius modus cōstat ex maiore vniuersali negatiua: et minore particulari affirmatiua: particularē negatiuā directe cōcludentib⁹: ut nullus lapis est aial: quidaz homo est animal. ergo quidā hō non est lapis. Et reducitur iste modus ad quartū modū p̄me figure maiore cōuersa simpliciter. Baroco. Quartus modus cōstat ex maiore vniuersali affirmatiua: & minore particulari negatiua. particularē negatiuā

directe cōcludentibus. ut omnis hō est aial: quidam lapis non est aial. ergo qdā lapis nō est homo. & reducitur ad primū modum p̄me figure per iposibile. reducere autē per iposibile est ex opposito cōclusionis cū altera p̄missarū inferre oppositū alteri⁹ p̄missē. Sumat enim oppositum cōclusionis. s. ois lapis est hō cum maiore hui⁹ quarti. s. cū ista ois hō est aial sic arguet. omnis homo est aial. ois lapis est homo: ergo ois lapis est animal.

Secūda figura est qm̄ mediū p̄dicat in utraqz p̄missarū. Cuius tales danē regule. ¶ Prima regula est q in secūda figura maiore existēte particulari nihil sequitur formali cōsequētia. Sic enī arguēdo inferē negatio superioris ab inferiori ut in hoc argumēto. qdā aial est hō: nullus asinus est hō ergo qdā asinus nō est aial. nō sequit qz p̄missē sunt uere & cōclusio falsa. Sz p̄tra hanc regulā arguit sic: qz bene sequitur. qdā hō est aial: nullus lapis est aial. ergo qdā lapis nō est hō: & tñ maior est particularis. Itē q ista p̄sequētia ē bona grā materie sz nō grā forme cū nō teneat in oib⁹ terminis p̄sili forma retēta: ut patet ex p̄ argumēto. ¶ Secūda regula est q ex puris affirmatiuis nihil sequit. Ista regula patet quoniā in scđa figura mediū p̄dicat in utraqz p̄missarū. Si ergo est utraqz affirmatiua medium affirmaret de utraqz extremitate: sz nō sequitur si superius de suis inferiorib⁹ p̄dicat: q p̄pter hoc illa inferiora de se inuicem p̄dicent. vñ nō sequit. ois homo est aial: qdaz asinus est aial. ergo qdaz asinus est hō. ¶ Tertia regula est q in secūda figura semp cōcludit negatiue: que patet ex p̄cedentib⁹. cū enī in scđa figura oporteat vnā p̄missarū esse negatiuā per secūdam regulam sequit q cōclusio erit negatiua. p̄bat cōsequētia per illam regulā generalē. Si aliqua p̄missarū fuerit negatiua cōclusio erit negatiua. hec autē figura habet quatuor modos quoz primus. s.

¶ Cesare cōstat ex vniuersali negatiua & vniuersali affirmatiua vniuersalē negatiuā directe cōcludentib⁹: ut nullus lapis est aial: ois homo est aial. ergo nullus hō est lapis: & reducitur ad celarent maiore cōuersa simpli. Contra hoc arguit & videt q nullus syllogismus debeat reduci ad aliū syllogismū: qz qd habet rōnem syllogismi est syllogismus p̄fect⁹: sed ois syllogismus habet rōnem syllogismi cū diffinitio syllogismi p̄ueniat oī syllogismo. ergo ois syllogismus est p̄fectus. Nullus igit debet reduci ad aliū. Item syllogismi scđe & tertie directe cōcludūt. ergo nō idē gēt ad alios reduci. ¶ Rūdeo ad p̄mū q duplex est p̄fectio syllogismi. s. primaria que est necesse cōcludere & de tali bñ p̄bat argumētus q ois syllogismus est p̄fect⁹. Alia est p̄fectio secundaria syllogismi que est euidenter cōcludere. Vñ hec p̄fectio ultra necessitatē cōcludēdi addit euidentiam. hoc modo tñ sunt p̄fecti p̄mi quatuor modi: & ideo alij indigēt ad ipsos reduci. ¶ Ad secundū dico q lz modi scđe & tertie figure cōcludāt directe nō tamē cōcludunt euidenter. Ratio enī mediij nō est ita p̄prie in ipsis sicut in prima figura: qz ratio mediij est poni inter extrema. In secūda autē figura ponit mediū supra extrema: & in tertia subicit ipsis. Unde modi harū figurarū nō regulant imediate per dici de oī & dici de nullo sicut quatuor primi modi p̄me figure.

¶ Secundus modus scilicet. Camestres p̄stat ex

vniversali affirmatiua & vniversali negatiua vniversale negatiuam &cludentib⁹. ut ois hō est aial: nullus lapis est aial. ergo nullus lapis est hō. & reducitur ad celarent minore & conclusione pueris simpli & per transpositionem premissarum.

¶ Tertius modus. s. festino constat ex vniversali negatiua & particulari affirmatiua particularē negatiuam &cludentib⁹: ut nullus lapis est animal: quidā homo est aial. ergo quidā hō non est lapis & reducitur ad ferio maiore pueris simpliciter.

¶ Quartus modus. s. baroco constat ex vniversali affirmatiua & particulari negatiua particularē negatiuam &cludentib⁹: ut ois hō est animal: quidā lapis nō est aial. ergo quidā lapis nō est hō. & reducitur ad barbara per impossibile. Est autē reductio per impossibile quādo ex opposito &dictorio &clusionis cū altera pmissarū inferit oppositū &dictoriū alterius pmissae. Sumat enī oppositū &clusionis. s. ois lapis est hō cū maiori huius quarti modi & syllogizet in barbara. omnis homo est aial: omnis lapis est homo. ergo omnis lapis est aial. Ista conclusio opponit minori hui⁹ quarti modi. Et notādū q̄ huiusmodi reductio aliter fit in sc̄da figura & aliter in tertia. In sc̄da enī figura ex opposito &clusionis cū maiori inferit oppositū minoris: ita q̄ oppositū &clusionis ponit loco minoris. In tertia vō figura ex opposito &clusionis cū maiori inferit oppositū maioris. vñ uersus. Seruat maiore uariat q̄ sc̄da minore. Tertia maiore uariat suat q̄ minore. Dicat autē huiusmodi reductio per impossibile eo q̄ in reductione vna &dictoria ponit loco alterius. Contradictorias autē simul esse ueras est impossibile.

De tertia figura.

Equitur de tertia figura cuius tales dantur regle. In tertia figura minore existēte negatiua nihil sequit⁹. Itē in tertia figura cōclusio debet eē particularis. Tertia figura sex habet modos. Darapti. Primus modus constat ex vniversali affirmatiua maiore: & vli affirmatiua minore particularē affirmatiuā &cludentib⁹ directe: ut omnis hō est substantia. ois homo est aial. ergo quoddā animal est substantia. & reducitur ad tertium modū prime figure minore conuersa per accidēs. Felapton. Secundus modus constat ex vniversali negatiua maiore: & vniversali affirmatiua minore particularē negatiuā &cludentib⁹ directe &cludentibus: ut nullus hō est lapis: ois homo est animal: ergo quoddā aial nō est lapis. et reducitur ad q̄rtū modū prime figure minore cōuersa per accidēs. Disamis. Tertius modus constat ex particulari affirmatiua maiore & vniversali affirmatiua minore particularē affirmatiuam directe &cludentibus: ut quidam hō est substantia: ois homo est aial. ergo quoddā aial est substantia. Et reducitur ad tertium modū prime figure maiore et minore cōuersis simpliciter et per transpositionē pmissarū. Datisi. Quartus modus constat ex vniversali affirmatiua maiore: et particulari affirmatiua minore par-

ticularem affirmatiuā directe &cludentibus ut omnis hō est substantia. quidā homo est aial. ergo quoddā animal est substantia. Et reducitur iste modus ad tertium modum prime figure minore conuersa simpliciter. Bocardo. Quintus modus constat ex maiore particulari negatiua: et minore vniversali affirmatiua particularē negatiuā &cludentibus: ut quidam hō non est lapis: ois homo est animal. ergo quoddā aial non est lapis. et reducitur ad primum modum prime figure per impossibile. Sumat enī oppositū contradictorium &clusionis cū altera premissarū videlicet minore et inferat oppositū alteri⁹ premissae: ut omne aial est lapis: ois homo est animal. ergo omnis hō est lapis. Nec conclusio facta per impossibile in primo mōdū prime figure cōtradicit maiori conuertēti. s. tertia figure Ferison. Sextus modus constat ex maiore vniversali negatiua et minore particulari affirmatiua particularē negatiuā &cludentibus. ut nullus homo est lapis. quidā homo est aial. ergo quoddā aial non est lapis. Et reducitur ad quartum modum prime figure minore conuersa simpliciter.

Tertia figura est q̄n mediū subicit in utraq⁹ pmissarū: cuius tales dantur regle. Prima regla est q̄ minore existēte negatiua nihil sequit⁹: qd̄ est intelligēdum de &sequētia formali. Vñ nō sequit⁹. ois hō est aial. nullus homo est asinus. ergo nullus asinus est aial. Secūda regla est q̄ in tertia figura semp̄ cōcludit particulariter ad hoc. s. ut sit &sequētia formalis: & id nō sequit⁹. ois hō est aial: ois hō est substantia. ergo ois substantia est aial: pmissae sunt uere & conclusio falsa. Huius figure sunt sex modi.

¶ Primus. s. Darapti constat ex duab⁹ vli⁹ affirmatiuis particularē affirmatiuā &cludentib⁹: ut ois hō est aial: ois hō est risibilis: ergo quoddā risibile est aial. & reducitur ad Darij minore pueris per accidēs. Secundus modus. s. felapton constat ex vli negatiua & vli affirmatiua particularē negatiuā &cludentib⁹. ut nullus hō est asinus. ois hō est risibilis. ergo quoddā risibile nō est asinus. & reducitur ad ferio minore cōuersa per accidēs.

¶ Tertius modus. s. Disamis constat ex particulari affirmatiua & vniversali affirmatiua particularē affirmatiuā &cludentib⁹. ut quidā hō est aial. ois hō est risibilis. ergo quoddā risibile est aial. & reducitur ad darij maiore & &clusionē pueris simpliciter & facta transpositione in premissis.

¶ Quartus modus. s. Datisi constat ex vniversali affirmatiua & particulari affirmatiua: particularem affirmatiuam &cludentibus: ut omnis homo est aial. quidā homo est risibilis. ergo quoddā risibile est aial. & reducitur ad darij minore pueris simpliciter.

¶ Quintus modus. s. bocardo constat ex particulari negatiua & vniversali affirmatiua particularē negatiuā &cludentib⁹. ut quidā hō nō est asinus. ois hō est risibilis. ergo quoddā risibile nō est asinus. Et reducitur ad barbara per impossibile. Sumatur enim oppositum &clusionis cū minori & inferat oppositum maioris

maioris: ut oē risibile est asinus: ois hō est risibilis. ergo ois hō est asinus. hec cōclusio facta in barbara contradicit maiori de bocardo.

¶ Sextus modus. s. ferison cōstat ex vniuersali negatiua & particulari affirmatiua particularē negatiua & cludentib⁹: ut nullus hō est asin⁹: qdā hō est risibilis. ergo quoddā risibile nō est asin⁹. & reducit ad ferio minore p̄uersa simpliciter.

¶ Yllogismozū concludentiū particularem negatiuā indirecte tales danē regule. Nullus syllogism⁹ cōcludēs particulare negatiuā indirecte potest eaz cōcludere directe. Et concludēs directe potest cōcludere indirecte. Itēz prima figura cōcludit oia genera p̄positionū. s. vniuersales. particularē affirmatiuā & negatiuā. Scda figura & cludit particularē negatiuā: & vniuersalem negatiuā. Tertia & cludit particularē affirmatiuā & negatiuā. Versus. Barbara celarent Darij ferio baralipson. Celantes dabitis fapesmo frisesomozū. Cesare camestres festio baroco darapti. Felapton disamis datisi bocardo ferison. In his q̄tuor uersib⁹ p̄dictis sunt nouēdecim dictiōes nouēdecēz modis deseruiētes: ita q̄ per p̄mā dictionē itelligit̄ p̄mus modus p̄me figure. & per secūdā secūsus modus & c. An̄ p̄mi duo vsus deseruiunt oib⁹ modis p̄me figure. Terti⁹ vō vsus p̄ter ultimā eius dictionē deseruit modis secunde figure: ita q̄ p̄ma dictio deseruit p̄mo modo & scda secūdo modo & sic de alijs. Ultima vō dictio terti⁹ vsus cum alijs dictiōibus quarti vsus deseruit modis tertie figure. Sciēdū q̄ per has uocales. s. a. e. i. & o. itelligunt̄ quatuor genera p̄positionū: ita q̄ per hāc uocalē. a. itelligit̄ vniuersalis affirmatiua. & per. e. vniuersalis negatiua. & per. i. particularis affirmatiua. & per. o. particularis negatiua. Et in q̄libet dictiōe sūt tres syllabe & aliud residuū est supfluū nisi. m. ut postea patebit. Et per primā illarūz syllabarū itelligitur maior p̄positio. & per secundaz minor. & per tertiā & clusio. Vbi grā. ¶ Prima dictio. s. barbara habet tres syllabas in quarūz qualibet ponit̄. a. & per. a. ter positū significat q̄ primus modus p̄me figure cōstat ex duabus p̄positionib⁹ vniuersalibus affirmatiuis vniuersalē affirmatiuā cōcludētibus. Et ita itelligitur de alijs dictiōib⁹ s̄m uocales ibi positas. Et sciēdū q̄ quatuor dictiōes primi vsus incipiūt ab his consonantib⁹. b. c. d. & f. & oēs alie dictiōes sequētes. Et per hoc itelligēduz est q̄ oēs que incipiūt per dictionem inchoatā per. b. debēt reduci ad primūz modum p̄me figure. Et oēs que incipiūt per dictionē inchoatā per. c. ad scdm. Et per. d. ad tertiū. Et per. f. ad quartū. Item ubicūqz

ponitur. s. in illa dictiōe significatur q̄ p̄positio intellecta per uocalē imediate precedētē debet cōverti simpliciter. Et p̄positio intellecta per uocalē imediate p̄cedentē istaz litterā p. debet cōverti per accidēs. Et ubicūqz ponitur. m. ibi debet fieri transpositio in p̄missis. Est enīz transpositio in p̄missis facere de maiore minore & ecōuerso. Et ubicūqz ponitur. c. significatur q̄ modus intellectus per illā dictiōez in qua ponitur debet reduci per unpossibile. An̄ vsus. Simpliciter uerti uult s. p. vō per acci. Ad. vlt̄ trāspōni. c. per ipossibile duci. Seruat maiore: uariatqz scda minore. Tertia maiore uariat: seruatqz minore. ¶ Consequēter ponit̄ auc. quasdā regulas syllogismozū & cludentiū particularē negatiuā: quarū p̄ma est q̄ nullus syllogism⁹ & cludēs particularē negatiuā indirecte pōt eā directe & cludere. Tales aut̄ sunt duo modi p̄me figure ultimi. s. fapesmo & frisesomoz. ¶ Sed p̄tra arguit̄: uidet̄ q̄ fapesmo possit & cludere particularē negatiuā directe arguendo sic. Dis hō est aial. nullus lapis est hō. ergo qdā lapis nō est aial. hic & cludit̄ particularis negatiua directe. R̄ q̄ hoc est gratia materie & non grā forme cū possint dari termini in q̄bus nō sequitur: ut oē aial est substātia: nullus lapis est aial. nō sequit̄. ergo qdā lapis nō est substātia. S̄z tm̄ sequit̄ indirecte. ergo qdā substātia nō est lapis. ¶ Secūda regula est q̄ nullus syllogism⁹ & cludēs particularē negatiuāz directe pōt eā & cludere indirecte. Qd̄ est itelligēdū formali p̄sequētia sicut in regula p̄cedenti. Et tales sunt sex modi. s. ferio in p̄ma figura: festino & baroco in secūda: felapton bocardo & ferison. in tertia. ¶ Alterius dicit̄ auc. q̄ p̄ma figura & cludit̄ oia genera p̄positionū. s. vniuersalē particularē affirmatiuā & negatiuā. scda aut̄ vniuersalē negatiuā: & particularē negatiuā. tertia vō & cludit̄ particularē affirmatiuā & particularē negatiuā. S̄z p̄tra hoc arguit̄ sic. cū enī p̄ma figura & cludat̄ oia genera p̄positionū videt̄ q̄ alie supfluāt. R̄ uideo q̄ non supfluāt q̄: facili⁹ repitur mediūz qd̄ subiciat̄ respectu utriusqz extremitatis ut p̄dicet̄ de utraqz sumpta vniuersalē uel particulariter affirmatiue uel negatiue q̄ q̄ tm̄ subiciat̄ respectu vni⁹: & p̄dicet̄ respectu alterius. ideo p̄pter facilitatē mediū alie figure a p̄ma nō supfluāt ¶ ¶ Donū aut̄ ab Ari. plures modi syllogismozū q̄b⁹ & clusiones modo uario p̄nt & cludi: puta syllogism⁹ ex oppositis de quo dictū est p̄ c̄ huius partis Itē ponit̄ syllogism⁹ ostēsiuus & ad ipossibile: de q̄bus dicit̄ in fallacia s̄z nō causa ut causaz. Est etiā syllogism⁹ ex ypotesi qui p̄cedit ex aliq̄ suppositio ne nō cōnumerata in p̄missis. ¶ Ponit̄ etiā syllogism⁹ circularis ex qui ex & clusione p̄oris syllogismi cū p̄uersa alteri⁹ p̄missarū infert̄ alterā p̄missaz. Et dicit̄ circularis q̄ ibi idē est p̄ncipiū & finis: sicut est in circulo: ubi sit regressus ad eūdē punctū a quo icipiebat p̄gressus. Et est iste syllogism⁹ utilis demōstratori. s̄z enī circulo sit ipossibile demonstrare demōstratiōe p̄pter qd̄ & potissima: cuius mediū est diffinitio p̄ posterior: demōstratiōn̄ circularis bñ est possibilis mutādo vnū gen⁹ demōstrationis in aliud. s. demōstrationē p̄pter qd̄ in q̄: uel econtra. Itē demōstrādo per diuersa genera causarū: ut efficiens per finē & ecōtra: ubi s̄z sit demōstratio p̄pter

qd nō tñ potissima cuius mediū est diffinitio subiecti que est causa immediata passionū eius. Non est etiam syllogism⁹ uerū qui. s. pcedit ex opposito hō ul' dīctorio pclusionis pōris syllogismū cū altera pmissarū ad inferēdū oppositū alterius pmissarū. Et pōt dici uerū ppter mutationē alterius pmissarū ⁊ pclusionis in suas oppositas. De syllogismo antez falsigrapho dicef in pncipio fallaciarum.

Sed quia aristoteles in priorib⁹ ostēdit cōiugatiōes in quib⁹ non sequit̄ conclusio ex pmissis esse iutiles per inuentionē terminorū in quibus non tenet huiusmodi iugatio. idē utilis est inuētiō talium terminorū. Abicūq; igitur fiat iutiles cōiugatio cōtra regulas syllogismorū prius assignatas. Accipiēdi sunt duo termini diuersi. s. due spēs sub vno genere. differētia ul' proprio ul' accidēte: ut hō asinus aīal: uel duo termini quorū alter de altero p̄dicet̄ siue conuertibiliter siue non cū extraneo utriusq; ut hō risibile lapis. uel homo aīal lapis. uel accipiēdi sunt duo termini quorū alter de altero p̄dicetur: siue cōuertibiliter: siue non cū superiore ad utriusq; ut hō risibile substātia: uel hō aīal substātia. per hāc enī regulā disiunctiua cuiusq; generi applicetur: siue substātiue: siue quātitati: siue alicui aliorū: semp inueniūtur termini per quos inutilis cōiugatio demonstrabitur nō tenere. ⁊ tales terminos appellat aristoteles in pōribus terminos in quibus nō tenent. Et nota q̄ inuenire terminos in quibus nō est acceptis trib⁹ terminis facere iugatiōes in qua pmissis sunt uere: ⁊ conclusio falsa manēte eadez qualitate ⁊ quātitate p̄positionis uerbi gratia: hic est iutiles cōiugatio. nullus hō est asinus: nullus lapis est hō. ergo nullus lapis est asinus. Et isti sunt termini in quib⁹ sic. Cōtra hāc inutilē cōiugatiōē accipiunt̄ termini in quibus nō per secūdū membrū regule. hō risibile asinus. ⁊ arguit̄ sic. nullus asinus est hō. nullū risibile est asinus. ergo nullū risibile est hō. ecce pmissis sunt uere ⁊ cōclusio est falsa seruata eadē qualitate ⁊ quātitate p̄positionis in utraq; coniugatione ⁊ utrobiz manente eadem figura.

Emū agit auc. de iugatiōib⁹ inutilib⁹. Circa qd sciēdū s̄m Ari. in li⁹ p̄orū q̄ iugatio ul' cōbinatio utilis dicef q̄ conclusio sequit̄ ex pmissis s̄m reglas p̄ assignatas p̄sequētia formali ita q̄ nō ualēt repiri termini in quib⁹ ferat̄ instantia p̄bādo v̄z efficaciter huiusmodi modū arguēdi nō tenere. Per oppositū autē iugatio est iutiles q̄ inferit̄ conclusio ex pmissis p̄tra regulas p̄ assignatas que lz sequat̄ gratia materie nō tamē gratia forme syllogistice cū possint repiri termini in quib⁹ ferat̄ instantia ostēdendo huiusmodi modū arguēdi nō ualere ⁊ per hoc eē iutiles ad pcludēdū: qz igit̄ utile est scire faciliter repire terminos ad inferēdū tales istācias. docet auc. modū huiusmodi terminos in p̄-

ptu repiēdi di. q̄ oportet accipe duos terminos diuersos cū suo superiori ut duas spēs cū genere ut hō asinus aīal: uel accipiēdi sunt duo termini quorū vn⁹ de altero p̄dicet̄ siue p̄uertibiliter siue nō cū extraneo utriusq; ut hō risibile lapis: uel hō aīal lapis. aut accipiēdi sunt termini quorū alter de altero p̄dicet̄: siue p̄uertibiliter siue nō cū superiori ad utriusq; ut hō risibile substātia: uel hō aīal substātia. Per has enī tres regulas cuiusq; generi applicent̄ siue substātiue siue quātitati siue alicui aliorū p̄dicamētorū poterunt repiri termini per quos mōstrabit̄ euidenter aliq̄ iugatio eē inutilis: nec ualere ad formaliter pcludēdū. Et uocant̄ tales termini ab Ari. termini in quib⁹ nō hoc est tale: quibus nō sequitur cōclusio lz pmissis sunt uere: vñ inuenire terminos in quibus non. est ex acceptis seu iutis terminis facere iugatiōē in quibus nō sequitur conclusio ex pmissis: sed pmissis sunt uere ⁊ conclusio falsa. vbi gratia. Nec est cōiugatio iutiles. Nullus hō est asinus: nullus lapis est hō. ergo nullus lapis est asinus. Cū nō sit debita vnio seu iugatio terminorū ⁊ p̄positionū s̄z regulas p̄ assignatas: qz ex puris negatiuis nihil sequitur formali p̄sequētia: lz aliq̄ sequat̄ gratia materie ut in p̄posito. Ad ostēdēdū ergo hanc iugatiōē eē inutilē est inferēda instātia accipiēdo terminos in quib⁹ nō sequit̄ conclusio lz sit idē modus arguēdi: ut accipiēdo hos terminos. hō risibile asinus: iuxta scōdaz regulā p̄dictā: ⁊ pōt sic argui. Nullus asinus est hō: nullū risibile est asinus. ergo nullū risibile est hō. Ecce due pmissis sunt uere ⁊ cōclusio falsa. ⁊ tamē iste due iugatiōes sunt in eadē figura ⁊ p̄positiones sunt eiusdē quātitatis ⁊ quātitatis in utraq; iugatiōē iutiles seu in utroq; syllogismo. Similiter p̄tra illam regulā ex puris particularibus nihil sequit̄ pōt assumi iugatio iutiles dicēdo. quoddā aīal est substātia: qdā hō est aīal. ergo qdā hō est substātia. S̄z statim p̄t inueniri termini in quib⁹ nō sequit̄ per p̄mā regulā: accipiēdo spēs diuersas cū genere sic arguēdo. Quoddā aīal est asinus: qdā hō est aīal. ergo qdā homo est asinus.

Incipit quintus tractatus.

Atio dicitur multis modis. Primo mō ratio idēz est q̄ diffinitio: uel descriptio: ut hic. Aniuoca dicunt̄ quorū nomē est cōmune ⁊ ratio substātiue s̄z illud nomē est eadē. Secūdo mō est quedaz virt⁹ anime: Tertio mō idēz est q̄ oīo ostendens aliqd sicut sunt p̄positiones ul' ratiōes disputantiū. Alio mō idēz est q̄ forma materie: ut in cultello ferrū est materia: dispositio v̄o inducta in ferro est forma. Alio mō idēz est q̄ essentia cōmunis p̄dicabilis de plurib⁹. ut eēntia generis speciei uel differētie. Alio mō idēz est q̄ mediū inferens conclusionē. vñ v̄sus. Diffinit̄ virtus ostēdit forma ul' eē. Est mediū ratio per qd cōcluditur ergo. ⁊ hoc ultimo mō sumit̄ ratio in diffinitione argumenti que talis est. Argumētū est ratio rei dubie faciēs fidē: id est mediū p̄bas p̄clusionē. Cōclusio enī debet cōfirmari per argumentū. Est autē cōclusio argumēto uel argumētis p̄bata p̄positio. Sed

Sed anteq̄ probeꝛ tunc est dubitabilis. ⁊ est questio. Questio sic diffinitur. Questio est dubitabilis ppositio. Admediū auteꝛ est qđ habet duo extrema. Argumētatio est argumenti per orationē explicatio. i. oratio explicans argumentū. Differt autē argumentuz a medio ⁊ ab argumētatiōe. qz mediū dicit̄ eo qđ habet duo extrema. Argumentū auteꝛ addit supra mediū virtutē probādi cōclusionem. An ad hoc qđ sit argumētum exigit̄ qđ sit mediū ⁊ qđ habeat virtutē pbandi conclusionē. Argumētatio autē dicitur totalis oꝛo composita ex pmissis ⁊ cōclusionē: ⁊ in illa manifestat̄ virtus argumēti. Aliquādo enī tota oratio potest inferre vniuersalē affirmatiuā aliquando non: nisi particularē affirmatiuam. aliquādo vniuersalē negatiuā. aliquā particularē negatiuā. ⁊ sic manifestatur tota virtus argumēti cū ostendit̄ supra quā conclusionē potest ipsuz argumētū ⁊ supra quā non potest. qđ quideꝛ sit in argumētatiōe ut supra patuit.

Dist̄q̄ auc. determinauit de syllogismo simpliciter seu vniuersaliter p̄siderato. hic psequēter agit de syllogismo in particulari qui. s. pcedit ex pbabilibꝛ. Denominat̄ aut tractat̄ a loco nō tanq̄ a subiecto pprio: s; a p̄ncipio sui s̄iecti. Syllogismꝛ aut̄ dyalecticꝛ p̄firmat̄ per locū: qz vō i diffinitōe argumēti ponit̄ rō: ideo auctor p̄mittit huiꝛ nois multiplicem acceptionē.

Circa qđ sciēdū qđ ratio nō est potētia aie alia ab intellectu: sed intellectꝛ dicit̄ ratio inquātū rōcinat̄ discurredo a minus noto ad magis notum. Ratio ibi sumit̄ multipli per cōparatiōem ad intellectuz. p̄mo sumit̄ in diffinitione vniuocoz: vñ diffinitio sepe uocat̄ rō formalis: ut dictū est in p̄dicabilibus c̄ de differētia. dicit̄ aut̄ diffinitio rō qz est idicāua obiecti intellectꝛ ul rōnis. Est enim rō idicās explicite rei essentiā. Essentia aut̄ siue quiditas rei materialis siue sensibilis per diffinitionē explicitā ponit̄ a doctore subtili obiectū intellectꝛ pro statu isto sup̄ p̄ sentētiarū di. iij. itelligēdo nō solū de sensibili. pprie: sed etiā de incluso essentialiter uel virtualiter in sensibilibꝛ. 2. modo sumit̄ rō pro ipsa vi uel potētia rōcinatiua. 3. modo sumit̄ pro discursu rōnis a p̄missis ad cōclusionē. 4. modo forma dicit̄ rō qz per ipsam cognoscit̄ materia ⁊ cōpositū. Cognoscit̄ nāq; materia per analogiā ad formā p̄mo phyficoꝝ. Et idem enī vnā formā nouā post aliā: qz vñ videmꝛ nouā opationē que arguit nouā formā. Et sic cognoscimꝛ subiectū trāsmutationis cōe. s. materiā cōem que manet sub utraq; forma. Et aut̄ tam forma accidentalis q̄z substāntialis sit ratio cognoscēdi. Hoc tamē p̄us p̄ritate generatiōis cōpetit forme accidentali: qz ois nostra cognitio oꝛtū habet a sensu. forme aut̄ accidētales sunt obiecta sensuū ut calidū: frigidū: humidū: ⁊ sicū sunt obiectū tactꝛ: ⁊ sic de alijs. Dis etiā causatā extrinseca ut efficiēs ⁊ finis q̄z intrinseca ut materia ⁊ forma hoc modo potest dicit̄ rō: qz est rō cognoscēdi suū effectū. Hic aut̄ fit de causa formali mētio tanq̄ de notiori. 5. mo-

do essentia cōis seu quiditas p̄dicabilis de pluribus ut essentia sp̄ei generis uel differentie dicit̄ ratio. Et differt iste modus a p̄mo qz hic sumit̄ rō pro obiecto intellectꝛ uel rōnis. In p̄ vō modo pro diffinitione explicare ipz obiectū. 6. modo mediū inferēs cōclusionē dicit̄ rō: qz. s. est instrumētū intellectꝛ uel rōnis ad inferēdum cōclusionē. Et hoc modo sumit̄ in diffinitione argumēti. Est enī argumētū rō rei dubie faciēs fidem. i. mediū pbās cōclusionē: qz vñ causat assensum seu credulitatē de re dubia siue p̄posita per modū dubij. Res enī certa p̄posita per modū dubij bñ pōt per argumētū p̄bati: ut deū eē. vñ vsus diffinit̄ virtus ostendit forma uel esse. Est mediū ratio per qđ cōcluditur ergo.

Circa qđ sciēdū qđ ista tria. s. mediū argumētū ⁊ argumētatio differūt. Medium enī est qđ participat utruq; extremū. Argumētū etiā ultra mediū addit virtutē pbandi cōclusionē. vñ per mediū absolute sumptū nō pōt p̄bati cōclusio sed bene per argumētū qđ videt̄ ip̄ortare. nō mediū tñ s; etiā vniōnē extremitatū in p̄missis cū medio. Et sic argumētum includit ipsas p̄missas ex qbus inferē cōclusio. Et ideo argumētū dicit̄ quasi arguēs uel stimulans mentē ad assentiēdum cōclusioni. Argumētatio vō est totalis oratio cōposita ex p̄missis ⁊ cōclusionē in qua explicat̄ virtus argumēti qñ ex vniōne extremitatū cū medio in p̄missis inferē vniō extremitatū iter se in cōclusionē vñ uel particulariter affirmatiue uel negatiue. Sepet̄ vñ sumit̄ pro reliquo. Notandū etiā qđ lz eadē oratio possit dicit̄ ppositio conclusio ⁊ questio: nō tamē fm eandē rōnez. dicit̄ ppositio inquātum ponit̄ in p̄missis ad inferēdū cōclusionem. Unde dicit̄ ppositio quasi p̄ alio inferēdo ppositio. Cōclusio vō inquātum argumētū uel argumētis approbata. Questio aut̄ inquātū est dubia. Est nāq; questio dubitabilis ppositio.

Argumentationis quatuor sunt species. scilicet syllogismus. inductio. enthimema. ⁊ exemplū. Diffinitio aut̄ syllogismi dicta est prius. Inductio est a singularibꝛ sufficiēter enumeratis ad vniuersale p̄gressio: ut sortes currit plato currit: ⁊ sic de alijs. ergo ois hō currit. Enthimema est syllogismꝛ imp̄fectꝛ idest oratio in qua nō oibus p̄missis positis inferē festinata cōclusio. ut omne aial currit: ergo ois hō currit. In hac enī argumētatiōe includit̄ hec ppositio: ois homo est aial: que si poneretur p̄fectus eēt syllogismꝛ. Aristoteles sic diffinit enthimema. Enthimema est ex ycotibus ⁊ signis. ycos idem est qđ ppositio pbabilis. Signū ut hic sumitur idem est qđ demonstratiua seu necessaria ppositio uel pbabilis ⁊ hoc in inferēdo. Signū ut hic sumit̄ dicit̄ necessitatē illatiōis. ycos aut̄ dicit̄ pbabilitatē ipsius p̄positiōis in se s; quaz pbabilitatē ppositio dicitur eē uera. vñde lz in enthimemate sit tñ vnā p̄positio inferēs ⁊ alia illata: tñ fm qđ inferēs p̄positio apparet oibus esse uera uel pluribus sic dicitur ycos. qz sic iam est pbabilis ut qlibet diligit diligētē se. fm autē qđ ip̄a inferē cōclusionē

De necessitate sic est signum et sic eadem propositio dicitur ycos et signum secundum aliud et aliud. Siquis obiciat quod enthimema debeat sic diffiniri. Enthimema est ex ycote et signo cuius terminus sit una propositio inferens que est ycos et signum sed diuersa. Ad hoc sic dicendum est quod licet sit una propositio inferens actu: tamen habet in se virtutem duarum propositionum: quia habet in se virtutes propriam et illam que subintelligitur. et sic est una secundum substantiam: et due secundum virtutem. et ideo dicitur in plurali numero ex yconibus et signis et non ex ycote et signo. Sciendum quod omne enthimema debet reduci ad syllogismum. In enthimemate enim sunt tres termini sicut in syllogismo: et duo illorum sunt in conclusione. et sunt maior extremitas et minor extremitas. alius autem non ponitur in conclusione et est medium. Illarum autem extremitatum altera sumitur bis et altera semel. Ex extremitate ergo terminus semel sumpta et ex medio fiat una propositio sed exigentia modi et figure: et sic habet syllogismum. Vbi gratia. in hoc enthimemate: omne animal currit: ergo omnis homo currit: homo et currit sunt due extremitates: et animal est medium: sed illa extremitas. scilicet homo sumpta est terminus semel. ex ipsa ergo et medio fiet una propositio. scilicet omnis homo est animal: et tunc erit perfectus syllogismus sic. omne animal currit: omnis homo est animal: ergo omnis homo currit. Exemplum est quando unum particulare probatur per aliud propter aliquid simile reperitur in ipsis: ut parisienses pugnare contra rothomagenses malum est. ergo turonenses pugnare contra pictauienses malum est. quia utrobique est pugnare affines contra affines.

Deinde ponit autem quatuor species argumentationis scilicet syllogismum inductio enthimema et exemplum. Circa quod notandum quod diuisio argumentationis non est diuisio generis in species: sed diuisio analogi in sua analogata. Videtur enim argumentatio importare terminum huiusmodi analogie unitatem: cuius ratio est quia argumentatio dicitur ab hoc quod est arguere mentem: quod scilicet est mentes inclinare vel stimulare ad assentiendum conclusioni que inferitur. Sed istud per se primo conuenit syllogismo. alijs enim speciebus non venit nisi in quantum est in ipsis quodammodo virtus syllogismi: cuius omnes alie species reducuntur ad syllogismum ex primo principio. Unde non dicuntur proprie species argumentationis sed large: quia scilicet sunt quedam modi seu maneries arguendi. Et si arguatur quod inter species eiusdem generis bene est ordo perfectionis: sicut homo est perfectior equo. Respondeo quod licet sit ibi ordo perfectionis una tamen species non sic reducitur ad aliam quod induat formam alterius: sicut enthimema sic reducitur ad syllogismum quod induit formam syllogismi: et sic de alijs. Quia vero diffinitio syllogismi data est in precedentibus: ideo de illa auctor se excusat et determinat primo quid sit

Inductio dicitur quod est progressus a particularibus seu singularibus sufficienter enumeratis ad vniuersale: ut homo currit: plato currit: et sic de alijs. ergo omnis homo currit. Circa quod est notandum quod progressus hic sumi-

tur pro motu seu discursu rationis. Singulare etiam in proposito sumitur non solum pro individuo determinato quod dicitur singulare simpliciter et secundum se: sed etiam pro minimo cuius dicitur singulare per respectum ad magis commune: ut habet philosophorum. Bene enim sequitur: homo currit: equus currit: et sic de singulis speciebus animalium. ergo de animal currit. Reducitur autem sic inductio ad syllogismum accipiendo singularia pro medio et subiiciendo ipsa in maiori respectu maioris extremitatis que predicatur in conclusione: ut ista inductio homo currit: plato currit: et sic de singulis. ergo omnis homo currit reducitur ad syllogismum. Omne quod est homo. vel plato: et sic de alijs currit. omnis homo est homo. vel plato: et sic de alijs. ergo omnis homo currit. Sed contra hoc arguitur sic. Intellectus non cognoscit singularia. ergo non discurret a singularibus ad vniuersalem. consequentia patet quia discursus rationis presupponit cognitionem extremorum. probatur antecedens per philosophum in libro de anima dicentem quod intellectus est vniuersalium: sensus vero est singularium. Rursus quod sensus est singularium precise. Intellectus autem licet sit vniuersalium non tamen precise sed etiam singularium: et ideo cognoscit hec et illa. Ipsa autem singularia non intelligit intellectus pro nunc directe. sed reflectendo se super fantasmatum secundum Aristoteli. 3. de anima. Circa quod notandum quod species in fantasia ad quam se conuertit intellectus primo representat singulare uagum in quod primo fertur cognitio intellectus. Quod patet quia quicquid intelligimus aliquid singulare ignorando in qua specie sit. Et in hoc primo signo in ipsa fantasia est confusum: ut substantia cum accidentibus uel multa accidentia se habentia mutuo. 2. representat naturam absolute quam scilicet intellectus abstrahit vniuersale et fertur in naturam precise non considerando eius singularitatem. 3. reflectendo considerationem nature ad circumstantias signatas: ut scilicet intelligit singulare. id est naturam que est hec non in quantum hec sed cum accidentibus proprijs determinatis: tale naturam per tales circumstantias: puta quod est hic et nunc et cum tali figura et colore et huiusmodi: ita quod istius reflexionis terminus a quo et ad quem est quid confusum et in medio quod distinctum. Ipsa tamen natura que est hec non intelligitur pro nunc in quantum hec seu sub propria ratione singularitatis: cum nec sensus nec intellectus distinguat inter duo singularia circumscripita distinctione accidentali que est per locum per figuram et huiusmodi: puta si per diuinitatem potentiam essent in eodem loco et simul tempore et haberent eandem figuram et magnitudinem et eundem colorem. Talia enim tamen sensus quam intellectus indicaret esse unum et tamen essent a parte rei duo singularia. Hec materia diffusius tractatur a doctore subtili 7. metaphysice: de quo ibi amplius videbitur. Determinat consequenter autem de enthimemate et exemplo que reducuntur ad alias species.

Enthimema est syllogismus imperfectus: et exemplum est inductio imperfecta. In inductio enim procedit a singularibus ab vniuersale vniuersaliter sumptum. In exemplo vero ab uno particulari ad aliud. Declarat ergo quid est enthimema dicitur quod est syllogismus imperfectus: siue oratio in qua non omnibus premissis positis inferitur festinata conclusio: ut de animal currit. ergo omnis homo currit. hic enim intelligitur ista propositio: omnis homo est animal: que si poneretur perfectus esset syllogismus. Unde enthimema dicitur ab eo quod est in: et thimos: quod est mens: quia una propositio retinetur in mente. Oportet autem illam propositionem esse probabilem vel necessariam: quia presupponit tanquam uera. Ideo Aristoteli diffinit enthimema

enthimema q̄ est syllogismus ex ycotibus ⁊ signis. Ycos est ppositio pbabilis: ⁊ signus capit pro ppositioe necessaria. Pro reductioe enthimematis ad syllogismū est sciendū q̄ in quolibet enthimemate sūt tres termini sic in syllogismo: quoz duo ponunt in p̄clōne qui sunt extremitates: alijs aut̄ num̄q̄ ponit in p̄clōne q̄ est mediū. Illarū v̄o extremitatū vna est bisposita in enthimemate ⁊ altera semel. Ex illa ergo semel sumpta cū medio debet suppleri p̄missa que deerat. ut in hoc enthimemate. *De animal currit: ergo ois homo currit.* extremitates sunt hō ⁊ currit: aial aut̄ est mediū: sed hec extremitas homo nō est sumpta nisi semel. Sumatur ergo iterū cū medio ⁊ fiet minor ppositio. s. ois homo est animal: ⁊ sic erit pfectus syllogismus. oē aial currit omnis homo est animal. ergo ois homo currit.

Circa q̄d notandum q̄ q̄s idem p̄dicat in p̄missa ⁊ p̄clōne: tūc supplenda est minor: ut in exemplo p̄cedenti: cuius ratio est q̄ p̄dicatū p̄clōnis in tali enthimemate est maior extremitas: ⁊ sic in tali enthimemate ponit maior ppositio. Quādo v̄o idē subicit in p̄missa ⁊ cōclōne supplenda est maior. minor: eni extremitas subicit in cōclōne. vbi gratia. ois homo currit. ergo ois hō mouet: ibi hō subicitur in p̄missa ⁊ p̄clōne: ideo supplenda est maior extremitas sic dicendo. Omne illud q̄d currit mouet: sed ois homo currit: ergo ois homo mouet.

Exemplū est q̄ per vnū particulare pbat aliud particulare ppter aliq̄d silerepertū in ipis: ut picta uīses p̄tra lemonicēses pugnare malū est: ergo andegauēses p̄tra manetēses pugnare malū est. Utro v̄iq̄ eni est pugnare affines cōtra affines. Reducit aut̄ exemplū ad syllogismū per duos syllogismos: quoz p̄mus p̄t esse talis. Picta uīses p̄tra lemonicēses pugnare malū est: sed picta uīses ⁊ lemonicēses sunt affines: ergo affines cōtra affines pugnare malū est. Deinde ex hac p̄clōne fiat maior secūdi syllogismi sic arguēdo. Affines cōtra affines pugnare malū est. s. andegauēses ⁊ manetēses sunt affines. ergo andegauēses cōtra manetēses pugnare malum est.

Quia autem argumentū per locū confirmatur: ideo dāda est diffinitio loci. put loc⁹ hic sumitur. *Locus* est sedes argumēti: vel id a quo ad p̄positā questionē conueniēs trahitur argumentū. quid autē sit questio dictū est. Et sciendū q̄ ppositio. questio. conclusio ⁊ enūciatio secūdū substantiā idē sunt. *Differūt* autē secūdū ratiōes. diuersas enim hūt rationes siue diffinitioes: ut prius patuit. secūdū eni q̄ dubitabilis est: est questio. prout v̄o iā probata est per argumētū: est cōclusio. put ponitur pro alio in p̄missis est ppositio q̄ ppositio dicitur secūdū q̄ est in p̄missis ad pbandum cōclōnem. Enūciatio autē est secūdū q̄ significat esse uel non esse: ut *fortes currit fortes non currit.*

Quia autem argumentū confirmat per locum. ideo cōsequēter auc. diffinit locū dī. q̄ locus est sedes argumēti: vel illud a quo cōueniēs elicit argumētū ad p̄positā p̄clōnem. **C**irca q̄d notādum q̄ locus nō sumit hic pprie sed transumptiue seu similitudinarie. Locus eni in p̄posito sumit pro p̄positione per

Demum determinat auctor de loco ab auctoritate. Est autem auctoritas iudicium sapientis uel experti in sua arte. unde auctoris iudicio denotatur locus iste. Locus ab auctoritate est habitudo auctoritatis ad aliud quod per eam probatur. Et tenet affirmatiue ut philosophus dicit celum esse uolubile ergo est uolubile Maxima. Quilibet expertus in sua scientia credendum est. Quod est intelligendum de his que dicuntur ab experto in quantum expertus. Et ideo non sequitur Aristoteles dicit mundum non incepisse: ergo mundus non incepit. Non enim Aristoteles fuit expertus in omnibus

omnibus dictis suis. Iste autē locus nō tenet negatiue. vnde non sequitur. Aristoteles non dicit esse decem orbes celestes. ergo non sunt. De hoc dicit frater Deham q̄ loc⁹ ab auctoritate est debilis nisi arguatur ab auctoritate illius qui fallere nec falli potest. Et ideo non sequitur. Aristo. dicit hoc: ergo est verum quia ipse decipi potuit. Nec sequit̄ Aristo locus dicit sic: ergo ita est: quia quilibet astrologus decipi ⁊ decipere potuit. Multi etiam putantur experti qui non sunt ⁊ lz habeant memoriam eorum que viderunt vel audierunt: de his tamen certum iudicium non habent. Multi nāq; memoria vigētes habent iudicium ualde debile: uerūtamen qui experti communiter reputantur est reuerentia exhibenda: ⁊ dicta eorum non spernātur: nec reprobat̄ur nec negentur ante q̄ cōstiterit q̄ sint dissona ueritati: sed suspensa teneatur sentētia: siue sint dicta antiquorum: siue modernorum.

De locis medijs.

Equitur de locis medijs. Quid autē sit locus medius dictus est prius. Locorum mediorum alius a coniugatis. alius a casibus. ⁊ alius a diuisione. Cōiugata ⁊ casus differūt sic. quia vniocū; siue principale siue abstractum quod idem est dicitur coniugatus cum suo denominatiuo. ut iustitia ⁊ iustū albedo ⁊ albus. Casus autē dicunt̄ ea que cadūt a principali: ut iustū ⁊ iuste a iustitia. Et differentiam hanc assignat aristoteles in secūdo thopicoꝝ. Locus a coniugatis est habitudo vnius coniugatorū; ad reliquum: ut iustitia est bona: ergo iustum est bonum. Maxima. Quicquid conuenit vni coniugatorum conuenit ⁊ reliquo. ⁊ si vnus coniugatorum inest: inest ⁊ reliquum. Loc⁹ a casibus est habitudo vni⁹ casus ad reliquū ut iustum est bonus: ergo quod iuste fit bene fit. Maxima. Quod vni casui cōuenit: conuenit ⁊ reliquo. Et e conuerso sumitur argumentum a casibus ⁊ a cōiugatis. Diuisionum alia fit per negationem. ut sortes est homo aut non homo sed non est non hō: ergo est homo. Maxima. Si aliqua duo conuindant aliquod tertius: posito vno remouetur reliquum. Alia autem fit non per negationē ⁊ hec fit sex modis. tribus per se: ⁊ tribus per accidēs. Prima diuisionem per se est generis in species. ut animalium aliud hōmo aliud brutum. Secunda est totū integralis in suas partes: ut domus. alia pars est paries. alia tectū alia fundamentum. Tertia vō est uocis in significata. ut canis alius latrabilis. ali⁹ piscis marinus. alius sydus celeste. Diuisionū vō per accidēs. Prima est subiecti in accidentia ut animalium aliud sanum: aliud egrum. Se-

cunda diuisionem est accidentis in subiecta. ut sanorum aliud brutum aliud homo. Tertia est accidentis in accidentia. ut sanorū aliud calidum. aliud frigidus. Locus a diuisione est habitudo vni⁹ conuidentiu; ad reliquū ut si sortes est animal. aut est animal rōnale aut irrationale. sed non est irrationale ergo rationale. Maxima. Posito vno membrorum diuidentium in aliquo subiecto: remouetur reliquum. ⁊ similiter in qualibet alia diuisione. Et hec de locis dicta sufficiant.

Quis auctor determinauit de locis extrinsecis. hic consequēter determinat de locis medijs. Prius autē auctor determinat de locis extrinsecis q̄ medijs: q̄ intrinsecum ⁊ extrinsecum opponūtur. Opposita autem iuxta se posita magis elucescunt. Quid autem sit loc⁹ medius dictum est prius: ⁊ diuiditur per locum a coniugatis a casibus ⁊ a diuisione. Coniugata sunt abstractū ⁊ peretū. Abstractum vō dicitur principale: ⁊ cōcretum dicitur sumptum q̄ sumitur ab alio: ut album ab albedine. Que dicuntur coniugata propter cōnectionem quā habent ad inuicē. Significat enim idē lz alio modo: quia concretum significat formam cū cadentia siue inherētia ad subiectum. abstractum vō sine tali cadentia. Locus a coniugatis tenet affirmatiue: ut albedo est color: ergo album est coloratum. Maxima. Si abstractum dicatur de abstracto: ⁊ concretum de concreto: ⁊ e conuerso. Circa quod notandum q̄ hec non habet ueritatem in cōcretis de genere substantie. Unde non sequitur: homo est animal: ergo humanitas est animalitas. Itē non tenet iste locus nisi in predicatis per se. Unde non sequitur: album est quantū: ergo albedo est quantitas. Notandum insuper q̄ abstractum potest dupliciter considerari. vno modo ut informat suū subiectum: ⁊ dat ei esse: ⁊ sic ab abstracto ad peretū est locus a causa formali ad suum effectū. Alio modo in quantum partim cōuenit cū ipso: ⁊ partim differt ⁊ sic sumitur ab eis locus a coniugatis. Casus dicuntur concretum cum aduerbio que dicuntur casus: quia cadunt ab abstracto: ut bonus ⁊ bene a bonitate: lz autem in coniugatis vnum cadat ab alio: non tamen ambo a tertio. Locus a casibus est habitudo vnius casuum ad reliquū: ut iustum est bonū: ergo quod iuste fit bene fit. Maxima. Si concretū asseratur de concreto: ⁊ aduerbium de aduerbio.

Diuisionum alia fit per negationem: ut sortes aut est hō: aut nō hō. Alia fit per affirmatiōes: ⁊ hec fit trib⁹ modis per se: ⁊ trib⁹ modis p accidēs. Prim⁹ modus per se est diuisionem generis in suas spēs uel differētiās. ut animalium aliud rationale: aliud irrationale. uel animalium aliud homo aliud brutum. Secundus est diuisionem totius integralis in suas partes: ut domus alia pars est tectū; alia paries: alia fundamentum. Tertius est nominis uel uocis in significatiōes: ut canis: alius latrabilis: alius piscis marinus: alius sydus celeste. Et notandum q̄ lz significata accidant uoci fm se considerate: ut est quedam qualitas. de tertia specie qualitatis continentur tamen per se sub ea in quantum est significatiua.

Diuisionem etiam per accidēs est triplex. quedam enī est subiecti in accidentia: ut animalium aliud

sanū aliud egrum. secunda est accidentis in subie-
 cta. ut sanorum aliud est homo aliud brutum. tertia
 est accidentis in accidentia. ut sanorum aliud est
 album aliud nigrum: et dicitur hec diuisio per acci-
 dens: quia membra diuisoria accidentis diuisio:
 nec per se continentur sub eo. Locus a diuisione est
 habitudo vnus diuisorium ad reliquum et tenet
 affirmatiue et negatiue quando diuisio fit per duo
 membra immediata: ut homo est animal rationa-
 le uel irrationale: sed est animal rationale. ergo non
 est irrationale. Socrates est homo uel nō homo: sed
 non est non homo. ergo est homo. Maxima. Post
 to vno conuidentium immediatorum in aliquo
 subiecto ab eodem remouetur reliquum: et remoto
 vno ponitur reliquum. Et hoc habet ueritatē quā-
 do vnum diuisorium asseritur uel negatur de ali-
 quo contento sub diuiso. et ideo non sequitur. Lapis
 non est animal rationale: ergo est irrationale: quia
 lapis non continetur sub animali. In diuisione au-
 tem que continet plura membra que non sunt im-
 mediata bene arguit affirmatiue sed non tenet ne-
 gatiue nisi a negatione sufficienti ceterorum mem-
 brorum ad positionem vnus: ut sō. nec est albus
 nec rubens nec viridis: et sic de alijs medijs coloribus.
 ergo est niger. Et notandum q̄ membra diuisoria
 alicuius diuisionis possunt dupliciter consi-
 derari. vno modo s̄m rationes proprias eorum: et
 sic sunt opposita uel disperata. Et ab ipsis sumitur
 locus extrinsecus. Alio modo considerantur inquā-
 tum partim conueniunt cū diuiso et partim differāt
 et sic faciunt locum a diuisione.

Incipit sextus tractatus.

Syllogismorum alius demonstrati-
 uus: alius dyalecticus: alius sophi-
 sticus siue litigiosus. Syllogismus
 demonstratiuus est qui ex primis
 ueris et immediatis est syllogiza-
 tus: aut ex talibus que per aliqua prima et ue-
 ra principium sue cognitionis sumpserunt.
 Dyalecticus est qui ex probabilibus est syllo-
 gizatus. Sophisticus ut diffinitur ab aristote-
 le in elenchis est qui apparet esse syllogismus
 et non est: aut qui est syllogismus sed non est
 conueniens rei. Disputatio est actus syllogi-
 sticus vnus ad alterum: ad aliquod propo-
 situm ostendendum. Disputationis quatuor
 sunt species. scilicet doctrinalis. dyalectica. tē-
 ptatiua et sophistica. Disputatio doctrinalis
 est que syllogizat ex proprijs principijs vni-
 us cuiusque discipline: et non ex his que videntur
 respondentem. Et huius disputationis instru-
 mentum est syllogismus demonstratiuus.
 Disputatio dyalectica est que ex probabili-
 bus syllogizat: et est collectiua cōtradictionū.
 et eius instrumentū est syllogismus dyalecti-
 cus. Temptatiua vō disputatio est que syl-
 logizat ex his que videntur respondentem: et ne-
 cesse est euz scire qui se simulat habere scientiā
 Huius autē disputationis instrumentū est
 syllogismus tēptatiuus. Syllogismus tēptatiuus

est qui procedit ex his que videntur respon-
 denti. Disputatio sophistica est que pcedit
 ex his que videntur probabilia et non sunt.
 Huius autem disputationis instrumentū
 est syllogismus sophisticus. Syllogismus so-
 phisticus ordinatur ad quinq; methas: que
 sunt redargutio. falsum. inopinabile. soloecis-
 mus et nugatio. Est autē metha incōueniens
 quoddam ad quod opponens sophista niti-
 tur videri ducere respondentem. Redargu-
 tio est prenegati concessio uel preconcessi ne-
 gatio in eadem disputatione vi argumenta-
 tionis facta. vnde nisi vi argumentationis
 hoc quis faciat: nō propter hoc erit redargu-
 tus. Similiter nec in diuersis disputationi-
 bus. Falsum ut hic sumitur est manifeste fal-
 sum. Nam si sophista ducat respondentem
 ad falsum occultū: non propter hoc assequi-
 tur suum finem. Inopinabile est quod est cō-
 tra opinionem omnium uel plurium uel ma-
 xime sapientum: ut matres nō diligere filiū.
 Soloecismus est vitium in contextu partiū
 orationis contra regulas artis grammaticę
 factum: ut vir mea. Nugatio est vni et eius-
 dem ex eadem parte inutilis repetitio: ut ho-
 mo currit. dico autem ex eadem parte: quia si
 in diuersis partibus idem repetatur non eēt
 nugatio. ut homo est homo. risibile est risibi-
 le. Dico autem inutilis repetitio. quia si idē
 repetatur ad maiorem expressionem laudis
 affectionis uel vituperij. non esset nugatio.
 ut deus deus meus. latro latro quo uadis.
 Iste autem quinq; fines ulterius ordinatur
 ad vnum finem principalem qui est appa-
 rens sapientia et non existēs. Sophista autē
 non ducit ad istos fines suum respondentē:
 nisi per eos deueniat ad ultimū finem prin-
 cipalem qui est apparens sapientia uel scien-
 tia. Et cum quilibet debet premeditari suū
 finem: ideo determinatio finium debet pre-
 cedere determinationem fallaciarum.

Postq̄ auctor determinauit in prece-
 dentibus de syllogismo dyalectico.
 Hic consequēter determinat de syl-
 logismo sophistico. Ad cuius euiden-
 tiam diuidit syllogismum in demon-
 stratiuum dyalecticum et sophisticum.
 Syllogismus demonstratiuus est qui ex primis ue-
 ris est syllogizatus: aut ex talibus que per aliqua pri-
 ma et uera principium sue cognitionis sumpserunt.
 demonstratio enim aliquando fit ex principijs sim-
 pliciter primis que cognoscuntur cognitio terminis ita
 q̄ cognitio eorum non dependet ex alijs prioribus:
 et quo ad hoc syllogismus demonstratiuus dicitur
 esse syllogizatus ex primis ueris. aliquando vō de-
 monstratio fit ex principijs que nō sunt simpliciter
 prima que s̄ sint principia respectu aliquorum: sunt
 tamen conclusiones respectu primorum principio-
 rum: ut dictū est. secūdo capitulo de locis dyalecticis
 et quo

et quo ad hoc dicitur aut ex talibus que per aliqua prima et uera principium sue cognitionis sumpserunt. Talia enim licet non sint simpliciter prima: tamen euidenter possunt demonstrari ex primis principijs. Notandum autem quod in demonstratiōe propter quid et potissima definitio subiecti est medijs ad probandum passionem de subiecto. Et ideo de tali dicit Aristoteles primo posteriorum quod augentur demonstrationes non per media sed in post assumendo et in latus. Cum enim unius rei sit tamen una definitio quiditativa non poterit in tali demonstratione eadem passio probari de subiecto per plura media. Et ideo demonstrationes non augentur seu non multiplicantur per media sed in post assumendo bene multiplicantur: uidelicet sumendo sub maiori extremitate: ut si arguatur sic. Omnis substantia corporea animata sensibilis est egrotabilis. Omne animal est substantia corporea animata sensibilis: ergo omne animal est egrotabile. Et tunc potest multiplicari hec demonstratio sumendo sub animali aliquod inferius sic arguendo. Omne animal est egrotabile: omnis homo est animal: ergo omnis homo est egrotabilis. Potest etiam multiplicari in latus assumendo uidelicet plures species prentas sub medio: ut equus est substantia animalis sensibilis: ergo equus est egrotabilis. et sic de alijs. Per syllogismum autem demonstratiuum ageneratur in nobis scientia. Est enim demonstratio syllogismus faciens scire. Hoc autem non intelligitur de scientia cōiter sumpta: que est apprehensio ueritatis qualitercumque se habetis: sed de scientia proprie sumpta: que secundum Secundo in primo libro philosophi est cognitio certa absque deceptiōe uel dubitatiōe. de cognito necessario. causata a causa euidente. per discursum syllogisticum. hoc apparet ex definitiōe scire primo posteriorum: ubi dicit quod scire opinamur unumquodque simpliciter et non sophisticum modo qui est secundum accidens cum causam arbitramur cognoscere propter quam res est: et quoniam illius rei est causa et non est contingere aliter se habere: ubi per illud quod dicitur: et non sophisticum modo qui est secundum accidens: excluditur omnis incertitudo et cognitio apparens et secundum quod. Per hoc autem quod dicitur arbitramur cognoscere causam rei designatur notitia euidens principiorum. Per hoc autem quod dicitur et quoniam illius est causa denotatur applicatio principiorum ad conclusiones per discursum syllogisticum. Per hoc autem quod dicitur: non contingit aliter se habere notatur necessitas conclusionis: ubi est necessaria cōnerio predicatorum ad subiectum. et sic est inmutabilis ueritatis quantum ad esse quiditativum et specificum quod abstrahit ab existentia que de se est uariabilis. Ex quo infert philosophus quod demonstratio per quam ageneratur scientia est ex primis immediatis prioribus notioribus causis conclusionis. Per prima intelligit principia que sunt immediata: et propositiones per se notas non indigentes per aliud probari. que sunt priores natura et notiores ipsa conclusione cum dependeat ab ipsis.

Syllogismus dyalecticus est qui ex probabilibus est syllogizatus. Sunt autem probabilia que uidentur omnibus aut pluribus aut sapientibus. Aliqua namque apparet uera omnibus: ut quod omnis mater filium diligit. Aliqua uero non omnibus sed pluribus: ut quod omnis homo desiderat scire. Aliqua uero solum sapientibus: ut quod sol sit maior tota terra. Per syllogismum autem dyalecticum generatur opinio

qua quis adheret alicui parti contradictionis cum formidine de opposito. et licet iste syllogismus aliquando procedat ex necessarijs sicut demonstratiuus non tamen ex euidenter notis.

Syllogismus sophisticus est qui apparet esse syllogismus et non est: uel qui est syllogismus: sed non est conueniens rei. In hac definitiōe ponuntur due partes. Prima est quod syllogismus sophisticus apparet esse syllogismus et non est. In quo denotatur syllogismus peccans in forma. Talis enim non est syllogismus: quia in ipso non seruatur forma syllogistica secundum debitum modum et figuram: ut homo est species. secundum est homo: ergo secundum est species. Secunda pars huius definitiōis est quod syllogismus sophisticus est qui est syllogismus: sed non conueniens rei. In quo tangitur syllogismus peccans in materia: quando uidelicet aliqua premissarum est falsa. Talis enim licet sit uere syllogismus. quia in debito modo et figura non tamen est conueniens rei: quia non procedit ex probabilibus realiter: sed tamen apparenter: ut omnis homo est species: secundum est homo: ergo secundum est species. Aliquis uero syllogismus peccat in utroque tam uidelicet in materia quam in forma. ut omnis homo est animal: nullum risibile est homo: ergo nullum risibile est animal: qui quidem peccat in materia: quia minor est falsa: et in forma: quia disponitur in prima figura in qua minori existente negatiua: nihil sequitur. In presenti igitur tractatu agitur de syllogismo sophistico quantum ad eius compositionem et solutionem qui dicitur tractatus fallaciarum: quia sophista per huiusmodi syllogismum intendit fallere respondentem. Et est iste tractatus utilis quia non potest malum euitari nisi cognoscatur. Per huiusmodi namque tractatum potest studiosus deprehendere omnes defectus argumentorum peccantium in forma in quacumque materia fiant. Dicitur etiam de syllogismis sophisticis elenchis: id est apparentibus et non existentibus. Uerus enim elenchus est syllogismus contradictionis conclusionis. Sophista autem non uere sed apparenter tamen infert contradictionem conclusionis respondentis. Dicitur quoque syllogismus sophisticus apparens et non existens: non quod sit non ens simpliciter: sed quod non est talis qualis apparet esse. Apparet enim esse dyalecticus et non est: sicut auricalcum licet sit aliquod ens existens: non tamen est aurum quod apparet esse.

Notandum insuper quod licet habitus logice qui docet componere syllogismum sophisticum et ipsum soluere sit habitus scientificus. Sophista tamen sic ipsum non est sciens: quod est intelligendum quantum ad habitum ageneratum per syllogismum sophisticum. Per ipsum enim non generatur habitus scientificus. Sed talis syllogismus ordinatur ad deceptiōem respondentis et apparentem scientiam opponentis. Item notandum quod ad syllogismum sophisticum potest reduci syllogismus falsigraphus qui. scilicet. procedit ex principijs alicuius scientie male intellectis. Exemplum principium est in geometria quod circulus est figura plana unicalinea contenta in cuius medio est punctus a quo omnes linee ducte ad circumferentiam sunt equales. Si igitur aliquis ab illo puncto qui dicitur centrum circuli ducat duas lineas ad circumferentiam unam recte et aliam tortuose: et arguat sic. Omnes linee ducte a centro circuli ad circumferentiam sunt equales: linea recta et curua sunt huiusmodi: ergo sunt equales: talis facit syllogismus

falsigraphum: procedendo ex illo principio male intellecto. Illud enim principium intelligit in lineis rectis: et ipse arguit ex una linea recta et alia curva. quod vero syllogismus est instrumentum disputationis. syllogismus siquidem demonstratiuus est instrumentum disputationis doctrinalis. dyalecticus autem disputationis dyalectice temptatiue. et sophisticus disputationis sophisticæ. Id autem uenienter describit disputationem dicens quod **Disputatio est actus syllogisticus unius ad alterum ad propositum ostendendum.** Circa quod notandum quod aliter disputatio est actus syllogisticus siue factus per syllogismum: et aliter est actus unius ad alterum seu opponentis et respondentis. Est enim actus syllogismi ut instrumenti per quod fit disputatio et est actus opponentis et respondentis: ut efficiens principalis: et talis actio ordinatur ad propositum ostendendum: seu aliquid concludendum sed quatuor fines ad quos ordinatur iuxta eius quatuor species: que sunt doctrinalis dyalectica temptatiua et litigiosa seu sophistica.

Disputatio doctrinalis est que ex propriis principis alicuius scilicet syllogizatur et non ex his que uidentur ridentur. Cum enim doctrinalis sit generatiua habitus scientifici per syllogismum demonstratiuum: oportet quod procedat ex propriis principis scientie que generatur: siue respondentem uideantur siue non. Unde ipsum addiscentem oportet credere magistro docenti.

Disputatio dyalectica est que est ex probabilibus et collectiua contradictionum. procedit namque ex probabilibus quod ordinatur ad generandum opinionem que generatur ex probabilibus: et sic est collectiua contradictionum: quia ex probabilibus potest argui ad utramque partem contradictionis. et huiusmodi disputatio non possit generare firmam opinionem de duobus contradictorijs in eodem tempore et respectu eiusdem: quia nullus potest simul contradictoria opinari: bene tamen potest in diuersis temporibus et etiam in eodem tempore respectu diuersorum. Dicitur etiam collectiua contradictionum: quia potest causare dubitationem de utroque contradictorio: sed autem disputatio dyalectica ordinatur ad generandum opinionem ex consequenti: tamen ordinatur ad disciplinam uel scientiam ad quam opinio disponit.

Disputatio temptatiua est que ex his que uidentur respondentem syllogizatur: et que necesse est illum scire quorum se simulat habere scientiam. Cum enim talis disputatio sit ad habendum experientiam de scientia respondentis et huiusmodi experientia sumatur arguendo ex his que uidentur respondentem: oportet in hac disputatione procedere ex his que sibi sunt probabilia siue sint uere probabilia siue apparenter. Ex quo patet quod non solum syllogismus dyalecticus sed etiam sophisticus potest esse instrumentum istius disputationis. Et quia in qualibet scientia presupponuntur principia communia et ignorantia communia necesse est propria ignorare: ideo hec disputatio habet fieri ex principis communibus que necesse est illum scire qui habet aliquam scientiam. si etiam examen fiat in propriis oportet etiam tentandum scire propria.

Disputatio sophistica est que ex apparenter probabilibus syllogizatur. Cuius ratio est quia ipsa fit ad generandum apparenter scientiam in opponente et deceptionem in respondente. Quod habet fieri procedendo ex apparentibus. et ordinatur ad quinque methas: de quibus consequenter dicitur. Talis etiam disputatio dicitur litigiosa propter commotionem ad iram et rixam. **Et notandum quod iste quatuor species non sunt proprie species disputationis: sicut nec**

syllogismus sophisticus peccans in forma est species syllogismi: quia ratio seu definitio syllogismi sibi non conuenit: quia non est proprie syllogismus sed paralogismus seu apparatus syllogismus. Sic etiam definitio disputationis non conuenit disputationi sophisticæ. dicunt igitur species large et modi seu maneries. et hinc non sint nisi tres species syllogismi scilicet triplicem materiam syllogismi. Syllogismus enim demonstratiuus procedit ex necessarijs et euidetibus. Dyalecticus autem ex probabilibus. Sophisticus uero ex apparentibus. **Adnotandum tamen quatuor species disputationis iuxta eius quatuor fines.** Disputatio enim doctrinalis ordinatur ad generandum scientiam. Dyalectica ad opinionem. Temptatiua ad scientiam experiendam in respondente. et sophistica ad apparentem scientiam opponentis et deceptionem respondentis: sed autem apparatus scientia sit finis principalis sophisticæ: sunt tamen alij quinque fines minus principales ordinati ad illam finem. Sophista enim non ducit aliquem ad illos fines minus principales nisi ut appareat esse sapiens: et illi fines dicuntur methas. Est autem metha inconueniens ad quod opponens sophista nititur ducere respondentem: quod quidem dicitur metha trassumptiue. Metha enim proprie dicta est terminus alicuius spatij: et dicitur de metio: metiris quod per tales terminos metitur quantitas agri uel alicuius spatij. Metha igitur disputationis sophisticæ est terminus ultra quem non procedit disputatio sophistica: sed ipso habito cessat disputatio. et sunt quinque. scilicet redargutio falsum: inopinabile: soloecismus: et nugatio.

Redargutio est pnegari concessio et concessio negatio uel argumentationis et in eadem disputatione: et dicitur uel argumentationis quod si aliquis uoluntarie sustineat contradictoria: non propter hoc dicitur redargutus. Si etiam in diuersis disputationibus hoc fiat: non propter hoc reducitur ad metham redargutionis: quod non ducitur ad inconueniens apparatus assatibus.

Falsum est manifeste falsum concessio: ut si concedatur ignem non esse calidum. Unde et sophista ducat respondentem ad falsum occultum: non propter hoc ducitur ad metham falsi: ut si faciat sibi concedere quod sol sit minor tota terra.

Inopinabile est quod contra opinionem omnium aut plurimum et maxime sapientum: ut matrem non diligere filium: et differt hec metha a metha falsi: quod hinc omne manifeste falsum sit inopinabile: non tamen omne inopinabile est manifeste falsum: imo multa inopinabilia que sunt contra opinionem plurimum sunt uera: ut patet in theologia et philosophia de opinione communi et opinione doctoris subtilis.

Soloecismus est vitium in oratione contra regulas artis grammatice factum: ut si aliquis ducat ad concedendum istam. Vir mea sponsa me ducit ad metham soloecismi: et pertinet ad grammatice in quantum dicit incongruitatem orationis. ad logicum autem in quantum impedit ueritatem propositionis.

Nugatio est unius et eiusdem in eadem parte orationis inutilis repetitio. ut dicendo homo homo currit: et dicitur in eadem parte: quod si in diuersis partibus fiat non erit nugatio: ut homo est homo: et dicitur inutilis: quod si fiat causa ornatus uel expressionis maioris non est nugatio. ut deus deus meus.

Quid sit fallacia.

f Fallacia est ydoneitas decipiendi

faciens credere de ente quod sit non ens et de non ente quod sit ens mediante fantastica visione. Fallacie sunt tredecim: quarum sunt sex in dictione: et septem extra dictionem. In dictione sunt: equiuocatio, amphibologia, compositio, diuisio, accentus, et figura dictionis. Et septem extra dictionem sunt: accidens scilicet quid ad simpliciter ignorantia elenchi, petitio principij, consequens, non causa ut causa secundum plures interrogationes ut unam. Quod autem sint sex in dictione probat aristoteles inductione et syllogismo. Inductione sic. Equiuocatio fit aliquo istorum sex modorum, amphibologia fit aliquo istorum sex modorum: et sic de alijs, ergo omnis fallacia in dictione fit aliquo istorum sex modorum. Syllogismo sic. Ois deceptio facta ex eo quod eisdem dictionibus uel orationibus non idem significamus fit aliquo istorum sex modorum, sed omnis fallacia in dictione fit ex eo quod eisdem dictionibus uel orationibus non idem significamus, ergo ois fallacia in dictione fit aliquo istorum sex modorum. Iste syllogismus est in primo modo prime figure. Probatio maioris omnis multiplicitas dictionis fit aliquo istorum sex modorum: sed omnis deceptio facta ex eo quod eisdem dictionibus uel orationibus non idem significamus fit ex multiplicitate dictionis uel orationis, ergo omnis deceptio facta ex eo quod eisdem dictionibus uel orationibus non idem significamus fit aliquo istorum sex modorum et hec fuit maior. Probatio minoris, omnis multiplicitas dictionis fit ex eo quod eisdem dictionibus uel orationibus non idem significamus, sed omnis fallacia in dictione fit ex multiplicitate dictionis uel orationis, ergo omnis fallacia in dictione fit ex eo quod eisdem dictionibus uel orationibus non idem significamus et hec fuit minor, et isti duo syllogismi sunt in primo modo prime figure.

Quod auctor in precedentibus determinauit de syllogismo sophistico et eius methis consequenter determinat de locis sophisticis seu fallacijs. Et primo ponit fallaciam in communi dicens quod fallacia est idoneitas ad decipiendum faciens credere de non ente quod sit ens: uel de ente quod sit non ens mediante fantastica visione. Circa quod notandum quod fallacia dupliciter accipitur, uno modo passive, scilicet que est ex deceptio illius cui paralogizatur, scilicet respondentis: et tunc definitur sic, fallacia est deceptio imperiti in arte sophistica propter ignorantiam artis sophistice, alio modo capitur fallacia pro causa huius deceptiois, scilicet pro loco sophistico in quo fundantur argumenta sophistica: et ista sumitur in hac diffinitione. Alterius sciendum quod in omni fallacia est duplex causa, scilicet ap-

parentie que mouet ad credendum illud quod non est et causa defectus que facit creditum esse falsum: et latet sub causa apparentie sicut in fallacia equiuocationis, causa apparentie est unitas uocis cui uidentur correspondere unum significatum sub qua latet causa defectus, scilicet plures significatorum. Ratione igitur cause apparentie fallacia seu locus sophisticius habet quod sit idoneitas decipiendi quia a tali apparentia in dictionibus uel rebus sumitur per intellectum discurrentem aptitudo ad decipiendum sicut a loco dyalectico elicitur conueniens argumentum, hoc autem fit mediante fantastica visione siue cognitione intellectus misti et alligati fantasie que sepe decipitur: non autem intellectus pure et inimitus. Fallacia autem in communi diuiditur per fallaciam in dictione: et per fallaciam extra dictionem. fallacia in dictione est cuius causa apparentie sumitur ex parte dictionis: cuius multitudo significatorum sepe ignoratur, et sumitur hic dictio non pro uoce incompleta tamen: sed pro uoce significativa que dicitur uel profertur siue sit complexa siue incompleta. Unde secundum Aristotelem, fallacia in dictione sumitur quando ex eisdem dictionibus uel orationibus non idem significamus. Huiusmodi autem fallacie sunt sex species, scilicet equiuocatio: amphibologia: compositio diuisio: accentus et figura dictionis, unde usus, Equiuocans amphibi, compositio, diuisio, accentus figura, fallacia extra dictionem est cuius causa apparentie non fit ex multitudine dictionum: sed sumitur ex parte rerum quarum multiplices habitudines ignorantur non quidem ex parte rerum absolute: sed ut significant per uoces: et tales fallacie sunt septem, scilicet accidens secundum quid ad simpliciter: ignorantia elenchi: petitio principij: consequens: non causa ut causa: plures interrogationes ut una, unde usus, Accidit et simpliciter leges ignorat elenchi, Principium petit con, causa interrogat nil plus. Et magis dicitur fallacia extra dictionem quam fallacia rei: quia res non cadunt in disputatione: nec causant deceptionem respondentis nisi per relationes ad dictiones: licet etiam res ordine nature precedant dictiones: quod tamen res non cadunt in disputatione nisi per uoces et dictiones: id prius agitur de fallacijs in dictione quam extra dictionem. Et notandum quod fallacie non distinguuntur nec dicuntur in dictione aut extra dictionem ex parte cause defectus earum cum in omnibus sit causa defectus ex parte rei: ut patet in equiuocatione ubi causa defectus est diuersitas significatorum que se tenet ex parte rei.

Sciendum autem ut uult alexander in commento supra librum elenchorum triplex est multiplex. Aliud est enim multiplex actuale, aliud potentiale, et aliud fantasticum. Multiplex actuale est quando dictio uel oratio eadem secundum substantiam et secundum modum profertur diuersa significat, dictio in equiuocatione ut canis, oratio in amphibologia ut liber aristotilis. Multiplex potentiale est quando dictio uel oratio eadem secundum substantiam: diuersa tamen secundum modum profertur diuersa significat, dictio in accentu: ut populus cuius prima syllaba potest esse breuis uel longa: et secundum hoc diuersa significat, ois in compositione uel diuisione ut quicquid uiuit semper est

Alium habet enim modum proferendi pro-
ut est diuisa et prout est composita: ut postea
patebit. De multiplici fantastico videbi-
tur in fallacia figure dictionis. Et quia mul-
tiplex actuale ueriori modo est multiplex quam
potentiale: et potentiale quam fantasticum. ideo
primo dicendum est de fallacijs facientibus
multiplex actuale quam de alijs et postea de po-
tentiali. et ultimo de fantastico. Unde primo
dicendum est de equiuocatione et amphibo-
logia quam de alijs fallacijs in dictione: quia in
equiuocatione et amphibologia est multiplex
actuale. et per consequens eadem dictio uel ora-
tio secundum substantiam et secundum modum proferendi
In alijs autem non. In istis enim plus est de
identitate quam in alijs. Item adhuc prius est
dicendum de equiuocatione quam de amphibo-
logia: quia equiuocatio fit in dictione: amphibi-
logia uero in oratione. dictio autem prior est
oratione. Sciendum est quod fallacia dupliciter
sumitur. Quibus enim fallacia idem est quod causa de-
cipiendi: et quidamque idem est quod deceptio facta ex
illa causa. Et hoc primo modo sumitur hic fallacia
Quia uero numerus fallaciarum in dictione sumit-
tur secundum diuersos modos multipliciter. id auctor
consequenter de ipsis determinat. Est autem mul-
tiplex dictio uel oratio uere uel apparenter plura si-
gnificans. et dicitur multiplex quasi multa plicans
in unum. Et est triplex. scilicet multiplex actuale: poten-
tiale: et fantasticum. Multiplex actuale est dictio
uel oratio una secundum substantiam et secundum modum profe-
rendi diuersa significans. Dictio in equiuocatione
ut cuiuslibet canis. Oratio in amphibologia ut liber
aristotelis. Circa quod notandum quod littere et syl-
la be sunt materia seu substantia dictionis: et dictio-
nes sunt materia orationis. Modus autem profe-
rendi in proposito se habet ut forma. Ubi est ergo
unus modus proferendi ibi est una forma. et quia
a forma sumitur actualis unitas rei: ideo talis uox
est actualiter una. Multiplex igitur actuale est di-
ctio uel oratio actualiter una multa significans. Mul-
tiplex potentiale est quando dictio uel oratio eadem
secundum substantiam et diuersa secundum modum proferendi
diuersa significat dictio in accetu ut populus. Hec
dictio prima longa significat arborem: et prima bre-
ui significat collectionem hominum iuxta illam uer-
sum. Populus est arbor: populus collectio gentis.
Exemplum de oratione in compositione et diuisione:
ut quicquid uiuit semper est: quia hec oratio ali-
ud significat si fiat punctus ad uiuit: et aliud si fiat pun-
ctus ad semper. Est igitur multiplex potentiale quan-
do uox potentialiter una plura significat: que dici-
tur potentialiter una: quia tamen est ibi unitas mate-
rie sed non forme seu modi proferendi. Multiplex
fantasticum est quando uox unum significans uide-
tur aliud significare propter convenientiam eius cum
alia dictione. sicut uigere significat qualitatem: quod
significat habere vigorem: quod uero similiter termina-
tur sicut agere uidetur significare actionem. et dici-
tur multiplex fantasticum: quia talis dictio non ha-
bet plura significata secundum ueritatem sed secundum appare-
ntiam. dicitur enim fantasticum a fanos quod est ap-

paritio. In proposito autem aliud apparet quod sit.

De equiuocatione.

Equiuocatio est multiplicitas dictio-
nis eiusdem secundum substantiam et mo-
dum proferendi. ut in hoc nomine ca-
nis. Sciendum est quod in qualibet fallacia est du-
plex causa. scilicet causa apparentie et causa defe-
ctus. Causa apparentie in qualibet fallacia est
que mouet ad credendum id quod non est cre-
dendum. Causa defectus est que ostendit cre-
ditum esse falsum. Causa apparentie in equi-
uocatione est unitas dictionis eiusdem secundum
substantiam et secundum modum proferendi diuersa
significantis. Causa defectus siue falsitatis est
diuersitas significatorum. Unitas enim pre-
dicta in equiuocatione mouet ad credendum
quod non est. scilicet unitatem significandi. Di-
uersitas autem ostendit creditum esse falsum.

Equiuocationis tres sunt modi. Sed pri-
mo videndum est quid sit fallacia equiuoca-
tionis. Unde fallacia equiuocationis est de-
ceptio proueniens ex eo quod aliqua dictio ma-
nens una secundum substantiam et secundum modum
proferendi diuersa significat. Primum autem
modus puenit ex significatione uel consigni-
ficatione dictionis. Ex significatione sic pa-
ralogizatur. ois canis currit. sydus celeste est ca-
nis: ergo sydus celeste currit. Solutio. utraq;
premissarum est duplex. quia hoc nomen ca-
nis est multiplex equiuoce significans animal
latrabile. sydus celeste. et piscem marinum. et sic
maior uno modo est uera et alio modo falsa:
et similiter minor. Uel sic omne expediens est
bonum: malum est expediens: ergo malum est bo-
num. Solutio. expediens dicitur equiuoce. Uno
modo idem est quod bonum. Alio modo idem
est quod necessarium quod accidit in minus
malum: quod oportet fieri ad euitandum maius
malum. Unde utraq; premissarum est duplex
quia uno modo est uera. alio modo est falsa.
Ex consignificatione paralogizatur sic. iste pan-
nus est de anglia: anglia est terra. ergo iste pan-
nus est de terra. Non sequitur. quia prima est
duplex ex eo quod hec prepositio de potest dice-
re circumstantiam cause materialis et sic est falsa.
uel potest dicere locum et originem: et sic est ue-
ra. Uel sic. in quocumque est egritudo ipsum est
animal: sed in humorum inadequatione est
egritudo. ergo humorum inadequatio est ani-
mal. Primum est duplex. quia hec prepositio
in: potest dicere causam efficientem: et sic est falsa
uel causam formalem siue subiectum in quo est: et
sic est uera. Similiter dicendum est de minori.
uel sic. proprium est qualitati secundum eam simile uel dis-
simile dici: sed secundum similitudinem dicitur ali-
quis similis uel dissimilis. ergo similitudo uel

Dissimilitudo sunt qualitates quod falsum
 est immo sunt relatives. Prima est duplex
 eo quod hec prepositio secundum: potest dicere cir-
 cunstanz cause efficiētis: et sic est uera. quia
 due qualitates eiusdem speciei faciunt vnā
 similitudinem. et sic qualitas est causa effici-
 ens similitudinis. Si autē dicat circunstan-
 tiaz cause formalis: sic est falsa. quia qualitas
 non est causa formalis similitudinis et con-
 uerso dicendum est de minori. Similiter
 omne sanum est animal: urina est sana. er-
 go urina est animal. Ultraque premissarum est
 duplex. quia sanum dicitur de animali ut de
 subiecto: et de urina ut de signate uel iudican-
 te. de cibo ut de efficiente. de dicta ut de ser-
 uante. et sic alio et de alio modo sanitas ad hec
 comparatur: et hinc habet diuersas signi-
 ficaciones. Ex significatione sic paralogizat.
 quicumque sanabatur sanus est: laborans sana-
 batur. ergo laborans sanus est. Minor est du-
 plex ex eo quod hoc participium laborans potest di-
 cere presens tempus: et sic est uera: et tunc est sen-
 sus: laborans nunc sanabatur. Si autē dicat
 preteritum: sic est falsa. et sic est sensus: laborans
 tunc sanabatur. et e conuerso dicendum est de
 conclusione. Laborans enim equiuocus est
 ad laborantem nunc: et ad laborantem tunc.
 Eodem modo est hic. qui ubique surgebat stat:
 sedens surgebat. ergo sedens stat. et eodem mo-
 do respondendum est sicut fuit responsum ad
 alium paralogismum. Alio modo potest fieri
 e conuerso: quando dictio potest teneri mate-
 rialiter uel conuentione: sicut hic: deus est
 ubique: ubique est aduerbium: ergo deus est ad-
 uerbium. Dicendum quod prima est duplex
 eo quod hec dictio ubique potest teneri material-
 iter uel conuentione. si materialiter sic est fal-
 sa. si conuentione sic est uera: sed non sequi-
 tur conclusio.

Dicitur auctor determinat de fallacijs in
 generali: hic consequenter determinat de
 ipsis in speciali. Et primo de equiuocatio-
 ne que peccat hinc multiplex actualis dictionis. Est
 autem fallacia equiuocationis idoneitas decipiē-
 di proueniens ex actuali unitate dictionis plura
 significantis. Causa apparentie huius fallacie est
 unitas dictionis plura significantis propter quam
 unitatem credimus quod sicut dictio est actualiter vna
 quod etiam habent unicum significatum. Causa defe-
 ctus est plitas significatorum. Huius fallacie tres
 sunt modi. Primus est quando vna dictio eque prin-
 cipaliter plura significat: cuiusmodi est equiuocum
 a casu ita quod non imponitur ad significandum vnus
 per comparationem ad aliud: siue sit ab vno aucto-
 re imposita ad significandum: siue a diuersis: ut equ-
 us vno modo significat quoddam animal. alio mo-
 do significat illum qui facit iustitiam et equitatem:
 et hinc hunc modum paralogizatur sic. Omnis equ-
 us est animal irrationale: iudex est equus: ergo iu-

dex est animal irrationale: quod sic soluitur. utraque pre-
 missarum est duplex. Si enim in utraque capiat equ-
 us pro illo animali: tunc maior est uera et minor fal-
 sa: et sequitur conclusio falsa: et syllogismus est bonus
 sed peccat in materia. Si vero in utraque capiat equ-
 us pro illo qui exercet iustitiam etiam syllogismus
 est bonus: sed maior est falsa. Si autem in maiori
 sumatur pro illo animali et in minori pro illo qui ex-
 ercet iustitiam: sic ambe premissae sunt uere. sed non
 sequitur conclusio. Tunc enim committitur fallacia eq-
 uocationis propter equiuocationem medij. unde
 discursus non ualet quia ibi non est unitas medij
 secundum rem: sed arguitur in quatuor terminis.
 Similiter arguitur sic. Omnis canis currit: bellua
 marina est canis. ergo bellua marina currit: et po-
 test solum ut precedens. Ultraque enim premissarum
 est duplex ex eo quod hoc nomen canis vno modo si-
 gnificat canem latrabilem: alio modo canem ma-
 rinum: uel sydus celeste. Si autem utraque premissa-
 rum sumatur pro latrabili: tunc minor est falsa. si
 vero sumatur pro cane marino maior est falsa. Si au-
 tem in maiori sumatur pro vno et in minori pro alio
 committitur hec fallacia et discursus non ualet quod me-
 dium uariatur: et sic arguitur in quatuor terminis.
 Multa exempla huiusmodi ponuntur in tertio. Et
 si arguitur quod illa maior omnis canis currit non est
 distinguenda sed simpliciter falsa cum omnis di-
 stribuat hinc canis pro omnibus suppositis. Et respō-
 deo quod hinc canis ibi distribuitur pro omnibus suppo-
 sitis vnus suorum significatorum: non pro suppo-
 sitis omnium suorum significatorum. et causa huius
 est quia terminus equiuocus non potest distribui vni-
 ca distributione pro suppositis plurium significato-
 rum: cum unitas distributionis presupponat unita-
 tem significationis: ideo hinc quod ille terminus potest
 capi pro diuersis significatis potest diuersimode di-
 stribui pro suppositis. Unde talis propositio est di-
 stinguenda.

Secundus modus equiuocationis pro-
 uenit ex transumptione dictionis. Unde
 transumptio ut hic sumitur est acceptio di-
 ctionis significantis vnum ex impositione
 ad significandum aliud propter similitudi-
 nem. Et secundum istum modum sic format
 paralogismus. Quicquid ridet habet os: pratium
 ridet: ergo pratium habet os. Prima est du-
 plex eo quod hoc uerbum ridet potest teneri proprie et
 ex impositione uel transumptiue. Si proprie
 sic est uera: et non sequitur conclusio. si transum-
 ptiue sic est falsa: et sic sequitur conclusio. hoc enim
 uerbum ridere est equiuocum ad ridere et ad
 florere. quia ridere significat ex prima im-
 positione risum ab ore emittere. florere enim si-
 gnificat per quandam transumptionem. flo-
 rere enim et ridere quandam similitudinem ha-
 bent. quia utroque denotatur gaudium. Et
 ideo ridere transumptum ad florere ut uult ari-
 stoteles. ideo sumentes aliquam similitudi-
 nem transferuntur. Quicquid currit habet
 pedes: secana currit: ergo secana habet pe-
 des. Ultraque premissarum est duplex: quia
 hoc uerbum currit uel tenetur proprie uel

transumptiue. currere enim & labi assimilantur in uelocitate motus secundum quod currit sumitur proprie sic: maior est uera & minor falsa. si transumptiue tunc est econuerso.

¶ Secundus modus est in equiuoco a consilio seu in transumptione quod quasi idem est. dicitur autem equiuocum a consilio quod significat plura non eque primo. sed significat unum principaliter. aliud uero minus principaliter ad quod significandum imponitur. Transumptio uero ut ibi sumitur est quando dictio significans unum proprie transumitur ad significandum aliud improprie propter quandam similitudinem in eis repertam: ut ridere significat actum oris. & transumitur ad significandum floriditatem prati: quod utrumque est gaudiosum. unde potest sic argui. Quicquid ridet habet os: pratum ridet: ergo pratum habet os. Non sequitur quod ridere alio modo sumitur in maiori alio modo in minori: uel sic. quicquid currit habet pedes: secana currit: ergo habet pedes. Non sequitur quod maior est uera accipiendo currere pro motu pedum minor uero accipiendo currere pro uelocitate fluxu aque: & sic medium uariat. & arguitur in quatuor terminis.

Tertius modus puenit ex eo quod aliqua dictio plura significat composita: separata uero unum solum: ut hec dictio immortale. uno modo dicitur quasi non potens mori. Alio modo dicitur quasi potens non mori. Et secundum hoc sic formatur paralogismus. omne immortale est perpetuum: sed omne potens non mori est immortale. ergo omne potens non mori est perpetuum. Utraque premissarum est duplex cum hoc nomen immortale sit equiuocum ut dictum est. Item omne incorruptibile est perpetuum: sed omne potens non corrumpi est incorruptibile: ergo omne potens non corrumpi est perpetuum. Utraque premissarum est duplex eo quod incorruptibile uno modo idem est quod non potens corrumpi & sic incorruptibile est perpetuum: & sic maior est uera & minor est falsa. Alio modo idem est quod potens non corrumpi: ut primus homo potuit non corrumpi. & in hoc sensu maior est falsa: & minor uera. Et sic soluendi sunt paralogismi equiuocationis per distinctiones paralogismorum secundum equiuocationem: ut prius patuit. Recta solutio est manifestatio syllogismi falsi & propter quid est falsus: & hoc contingit dupliciter. scilicet distinguendo: uel aliquam premissarum interimendo. Secundo modo respondendum est ad omnes peccantes in materia. & ad omnes orationes in utroque peccantes respondendum est utroque modo. scilicet distinguendo: & aliquam premissarum interimendo: non secundum idem sed secundum diuersa.

¶ Tertius modus est quando compositum plura significat: simplex uero unicum solum: ut mortale significat potens mori: immortale autem plura significat: quod negatio potest ferri ad posse uel ad mori. Unde primo modo tantum ualeat sicut non potens mori: ut deus. Secundo tantum ualeat sicut potens non mori: ut adam in statu innocen-

tie: & secundum hanc sic paralogizatur. Omne immortale est perpetuum. omne potens non mori est immortale: ergo potens non mori est perpetuum. discursus non ualeat: quia maior non est uera nisi de immortali primo modo sumpto minor autem de immortali secundo modo sumpto: & idem committit fallacia equiuocationis propter uariationem medij. Similiter posset argui de hoc termino incorruptibile. ¶ In hoc tertio modo potest poni paralogismi qui sunt ratione ampliationis terminorum: ut subiectum in propositione de preterito potest sumi pro his qui sunt uel fuerunt: & in propositione de futuro pro his qui sunt uel erunt: ut si arguatur. Quicumque sanabatur sanus est. laborans seu languens sanabatur: ergo languens sanus est. nam illa minor languens sanabatur est distinguenda eo quod iste terminus languens potest supponere pro his qui nunc sunt languentes denotando quod iste qui nunc est languens sanabatur: & tunc discursus est bonus: sed minor est falsa: uel potest supponere pro illis qui fuerunt languentes: ut denotet quod iste qui fuit languens sanabatur: & tunc minor est uera: sed discursus non ualeat: quod iste terminus in conclusione sumitur pro tempore presentis ratione illius ubi est. & sic non sunt eodem modo in premissis & in conclusione. Et ideo committit hec fallacia secundum hunc modum. Iste sunt distinguende. uides si it cecus: cecus erit uident. Verum fuit impossibile: impossibile erit uerum. Loquens fuit mutus: mutus loquetur & consimiles. Et ideo penes istum modum peccat talia sophismata: ut posito casu quod fueris in italia. hec tu non fuisti in italia est impossibile: hec tu non fuisti in italia fuit uera: igitur aliquod uerum fuit impossibile. Iste est euidentis iste erit cecus: igitur aliquis cecus erit uident. Sor. uiuet: sor. erit mortuus: ergo aliquis mortuus uiuet. Conclusiones fallium sophismatum sunt distinguende communiter secundum quod subiecta possunt sumi pro his qui sunt: & tunc sunt false. & non sequitur conclusio ex premissis cum termini non sumantur pro eodem tempore in premissis & in conclusione: uel possunt accipi pro his qui fuerunt quantum ad conclusiones de preterito: uel pro his qui erunt quantum ad propositiones de futuro: & tunc sunt discursus boni & conclusiones uere. Unde hec propositio aliquod uerum fuit impossibile est uera subiecto accepto pro eo quod fuit uerum: & est falsa subiecto accepto pro eo quod est uerum & sic de similibus. ¶ Circa quod notandum quod isti paralogismi possunt poni in primo modo huius fallacie & in tertio. Unde ille paralogismus quicumque sanabatur &c. ponitur ab auctore in primo modo. a philosopho uero in tertio. Spectat namque ad primum modum: quia ista dictio laborans non significat principaliter plura consignificat tamen eque primo plura tempora. In tertio autem modo potest poni: quod illa dictio simplex seu per se posita non consignificat plura tempora sed composita: seu cum alijs dictionibus posita: utpote ipsa posita cum uerbo preteriti temporis consignificat tempus presens & preteritum. Est autem consignificare cum principali significato aliud importare: ut principale significatum de laborans est labor uel labor. & ultra hoc importat certas differentias temporis secundum exigentias uerbi cui additur. Item notandum quod in istis paralogismis quibus est equuocatio in medio quod ponitur in utraque premissarum: est distinguenda utraque premissarum: sed quando est equuocatio in maiori extremitate solum debet distingui maior propositio. & conclusio in qua ponitur maior extremitas: & quando est equuocatio in

minori debet distinguere minor cum conclusione.

De fallacia amphibologie.

tertio. quod propter hoc conueniant inter se. Tertius modus prouenit quando ex duobus aliquibus diuisis sumptis male inferuntur aliquod coniectum secundum accidens: ut iste est albus et est monachus. ergo est albus monachus. Similiter hic. Iste canis est pater et est tuus: ergo est pater tuus. non sequitur quia illa conueniant in aliquibus secundum partem: tamen secundum partem aliam differunt. Et sciendum quod non licet inferre ex diuisis coniectum: ut habetur in secundo permenias quando predicantur diuersa accidentia sibi inuicem per accidens conuenientia sicut albus est monachus. Similiter quando duo predicantur quorum secundum intelligitur in primo: ut uniuersale in suo specialiori. ut iste est homo et est animal: ergo est homo animal: quod animal intelligitur in homine sicut albus in homine albo. Sed in omnibus alijs licet ex diuisis inferre coniectum. Unde notandum est quod quando aliqua duo accidentia predicantur de aliquo quorum primus in subiecto est per alterum et non per se. ex talibus diuisim captis non licet inferre coniectum: uel econtra. ut iste est albus et est monachus. ergo est albus monachus. nam albedo non est in subiecto secundum se sed secundum habitum. Similiter ex coniectis non licet inferre diuisum quando illa que coniunguntur diminuant de ratione alterius: ut iste homo est mortuus ergo est homo et mortuus. In omnibus autem alijs licet ex coniectis inferre diuisum. sed illud ultimum argumentum facit fallaciam secundum quid ad simpliciter. Accidens sic diffinitur ab aristotele. Accidens est quod est extraneum in parte idem et in parte diuersum. Secundum accidens uero sunt paralogismi quando idem similiter fuerit assignatum inesse rei subiecte et accidenti: ut homo est species sortes est homo: ergo sortes est species. homo enim secundum quod sibi conuenit esse speciem aliter capitur: a modo per quem conuenit sorti et platoni quod conuenit ei esse speciem: ut est essentia quedam communis predicabilis de pluribus et prout est in pluribus sic est in sorte et platone et sic sortes est accidens homo uero res subiecta et species significatur utrisque in esse. Unde accidens non sumitur hic ut diffinitur a porphirio: sed ut dictum est.

Quod auctor determinauit de fallacijs in dictione que habent causam apparentie a parte uocis: hic consequenter determinat de fallacijs extra dictionem in quibus sumitur causa apparentie a parte rei significate per uocem. Prius autem determinauit de fallacijs in dictione que extra dictionem: quia secundum ordinem nature res precedunt dictiones tamen non ingrediuntur disputationes uocales nisi mediantibus dictionibus. fallacie extra dictionem sunt septem. scilicet accidens secundum quod ad simpliciter: ignorantia elenchi: petitio principij: consequens: non causa

ut causa: plures interrogaciones ut una. Et primo agitur hic de fallacia accidentis que inter ceteras est ualde efficax ad decipiendum. Per has enim non solum decipiuntur simplices sed etiam sapientes. Circa quod notandum quod accidens non sumitur hic prout est unum de quinque predicabilibus: sed sumitur prout est idem quod extraneum quod scilicet in parte est idem cum aliquo et in parte diuersum ab eo: et sic omne predicabile de aliquo a quo est aliquo modo distinctum potest dici accidens: et illud de quo predicatur dicitur res subiecta: et hoc modo non tamen inferiora accidunt superioribus: sed etiam superiora inferioribus: sed sint de eentia inferiorum in quantum stant sub aliquo tertio attributo quod repugnat inferioribus. Sic enim homo non accidit sorti cum quo est in parte idem prout sumitur pro supposito: ut dicendo sortes est homo et est in parte diuersum et tunc sibi accidit prout sumitur pro natura uniuersali cui attribuitur ista intentio species cuius est fundamentum: ut dicendo homo est species que intentio repugnat inferioribus. fallacia accidentis est idoneitas decipiendi proueniens ex partiali identitate accidentis cum re subiecta. Causa apparentie est conuenientia sed parte aliquorum duorum ad inuicem uel in aliquo tertio. Causa falsitatis est diuersitas eorum. fit hec fallacia secundum aristotelem quando idem similiter fuerit assignatum inesse rei subiecte et accidenti: ut homo est species. sortes est homo: ergo sortes est species. Hoc medium. scilicet homo est accidens. minor extremitas. scilicet sortes est res subiecta maior: uero extremitas. scilicet species est attributum quod imponitur similiter inesse sorti sicut inest homini. Secundum uero auctorem assignantur tres modi huius fallacie. Primus modus est quando aliquid attribuitur primo accidenti in premissis et postea attribuitur rei subiecte in conclusione: ut in exemplo predicto. Item sic paralogizatur. Sortes est indiuiduum: homo est sortes. ergo homo est indiuiduum. Non sequitur quod non oportet quod quicquid inest accidenti a parte qua differt a re subiecta inest rei subiecte: sicut nec oportet quod omne quod inest predicato inest subiecto: et ideo illa intentio indiuidui inest sorti non tamen inest homini. similiter omne est naturale. statua est es: ergo statua est naturalis. Non sequitur ut dictum est. Nullum enim artificiale est naturale. unum medium non tenetur uniformiter in premissis. Item sic. Cognoisco coristum: coristus est ueniens ergo cognoisco ueniens. non sequitur quod illa coristus cognoscatur a me non tamen sub illo attributo quod est uenire. Secundus modus huius fallacie prouenit ex partiali identitate aliquorum duorum in aliquo tertio. ut sortes est homo. plato est homo. ergo sortes est plato. Item homo est animal: equus est animal: ergo homo est equus. Sed non sequitur si aliqua duo partialiter conueniant in aliquo tertio quod sint simpliciter eadem inter se. Et si arguatur per illam regulam. Quicquid unum et eadem sunt eadem inter se sunt eadem per quam tenet forma syllogismi perfecti. Respondetur secundum aquilinum doctorem Scotum in di. primi sen. q. iij. in solutione ar. quod illa regula intelligitur quod illa que sunt eadem unum et eadem sunt eadem inter se illa identitate qua sunt idem in tertio. Si autem inferatur quod sint simpliciter eadem iter se committitur hec fallacia: intelligitur secundum Dionysium. Ochus qui extrema uniuersatur in tertio uniuersaliter sumpto. Tertius modus prouenit quando ex aliquo diuisim sumptis inferuntur aliquid coniectum: ut iste est albus et monachus: ergo est albus monachus. Non sequitur quod in antecedente denotatur albedo inesse isti secundum se: et in consequente secundum habitum. Similiter iste canis est pater et est tuus: ergo

iste canis est pater tuus. Non ualet consequētia: quia tuus in antecedēte dicit rem possessam: et in consequēte inferi pro re generāte. An hęc predicta cōueniāt in aliquo tertio: partē tamē sūm partem differunt. Non obseruatur etiā hic forma syllogistica: quia medium ponitur in cōclusionē: et extremitates ponunt a parte eiusdem extremi. **C** Et si arguatur quod a diuisis ad coniuncta est bona psequētia ex secūdo per ymermenias. Respondeo quod illa regula est uera: dum tamen non predicetur aliqua sibi inuicē repugnātia: et unū sit potentiale respectu alterius. Non ualet etiā consequētia quando eorū que predicantur ultimū includit in primo: ut iste est hō: et est aial: ergo est homo animal. Non sequitur quia aial intelligitur in hōie. Ex coninectis etiā non licet inferre diuisa quā unū est in subiecto per alterū et non per se. Unde non sequitur. Iste est alb⁹ monachus: ergo est albus: et est monach⁹: quia albedo nō inest tali subiecto sicut se: sicut ratione habitus. Non sequitur etiā. iste est bon⁹ faber ergo est bonus: et est faber: quia bonitas non inest subiecto sicut se: sed sicut artificii. Item ex cōiunctis non licet inferre diuisa quādo unū diuiditur a ratione alteri: ut iste est hō mortuus: ergo est hō: sed est fallacia a sicut quid ad simpliciter. In alijs uero exemplis est fallacia accidentis. Posset etiā iste tertius modus reduci ad secūdū. ponitur tamen ad maiores expressionem. Et notandū quod paralogismi hui⁹ fallacie ut in pluribus possunt solui ostendendo quod non debite disponunt premissis in modo et in figura sicut regulas syllogismorum: ut dicit Deham. Peccant etiā sicut Scot⁹ ubi supra propter defectū identitatis medij in se: seu per comparationes ad extrema que in ipso uniantur.

Equitur de fallacia sicut quid ad simpliciter dictum. sicut quid appellatur hic determinatio diminūens de ratione uel de esse cui adiungitur. ut cum dico homo mortuus. mortuum enim diminuit de ratione hominis. dictū simpliciter appellatur aliquid non diminutum ut homo. Fallacia sicut quid ad simpliciter est idoneitas decipiendi proueniens ex apparenti conuenientia dicti sicut quid ad dictum simpliciter. Causa apparentie huius fallacie est conuenientia huius dicti quod est secūdū quid ad illud quod est simpliciter et e cōuerso. Causa falsitatis est diuersitas significatorum. Sit autē hec fallacia tot modis quot modis pringit addere alicui determinationem diminuentem. Primo modo secūdū partē in modo. ut ille homo est mortuus. ergo est homo. non sequitur quia mortuū diminuit de ratione hominis et hic chymera est ens opinabile. ergo chymera est ens. non sequitur quia opinabile diminuit de ratione huius quod est esse. Secūdo modo secūdū partes integram: ut ethyops est albus secūdū dentes: ergo est albus. Tertio modo in his que sunt ad aliqd: ut diuitie nō sunt bone male utenti. ergo diuitie non sunt bone. non sequitur. sicut enim diuitie comparate ad aliquid nō sunt bone: tamē in se sunt

bone. Quarto modo in his que secūdū locū sunt: ut bonum est inactare patrē in ternallis ergo bonum est inactare patrem suum. uel sic Bonū est uti dieta in locis egrotatiuis. ergo bonū est uti dieta. Quinto modo in his que sunt secundum tempus: ut bonum est ieiunare in quadragesima. ergo bonū est ieiunare. uel sic. Expedi alicui mederi quādo egrotat ergo expedi alicui mederi. nō sequitur. quia sicut expediat mederi secundum quid: non tamen simpliciter. Sciendū autē quod in oibus istis inspiciendum est ad cōtradictionem: ut si aliquis respondēs dicat quod nō expedi mederi et opponens assumat quod expedi quando egrotat non cōtradicit ei. sed stat in fallacia secundum quid ad simpliciter. Et sciendū quod eadem est fallacia si ex eo quod est secundum quid inferatur simpliciter et e cōuerso. et intelligendum est quod ista fallacia quando fit ab esse secundū quid ut in pluribus fit affirmatiue sed quādo fit a dicto simpliciter ut in pluribus arguitur negatiue.

Equitur de fallacia a sicut quid ad simpliciter. Ad cuius euidentiā notandū quod sicut dictus est in loco a toto in modo ad suā partem triplex est determinatio. Quedā est distrabens in qua scilicet est oppositio in adiecto: quia determinatio adiecta repugnat suo determinabili: ut mortu⁹. hō enim mortuus nō est homo. Alia est determinatio que partim diuidit de ratione illius cui adiungit: sicut ei non repugnet ut opinabile. Alia est determinatio tamen contrahens: ut albū respectu hominis: dictus ergo simpliciter dicit dictū sumptus sine addito. i. sine determinatione. Et intelligit in pposito de determinatione diminūte uel distrabente. Dictum autē sicut quid est dictum sumptus cum tali determinatione: arguēdo igitur a dicto sumpto cū determinatione diminūte uel distrabente ad dictū simplex: et e cōuerso fit hec fallacia. Quando autē est determinatio tamen cōtrahens non est locus sophisticus: sicut dyalecticus a parte in modo ad suū totū. Est ergo fallacia a sicut quid ad simpliciter idoneitas decipiendi proueniens ex apparenti identitate dicti sicut quid ad dictum simpliciter. Causa apparentie est conuenientia dicti sicut quid ad dictū simplr. Causa falsitatis est diuersitas eorundē. Hui⁹ fallacie ponit auctor hic quinque modos. **C** Prim⁹ est arguēdo sicut determinationes distrabentes uel diminuentem rationem totius. ut iste est homo mortuus: ergo est hō quia mortuū distrabit rationem hominis. Similiter chymera est opinabilis. ergo chymera est. Non sequitur: quia opinabile diminuit deesse chymere. **C** Secundus modus fit sicut determinationē denomināntem partem integram: et hoc est uerū quādo ad denominationē partis non sequitur denominatio tot⁹ ut ethyops est alb⁹ sicut dentes: ergo est alb⁹: sicut enim hō habeat dentes albos non propter hoc dicitur albus. Quā uero determinatio habet partē corporis sibi determinatā: seu ad eī⁹ denominationē: sequitur denominatio tot⁹ nō committit hec fallacia. An bñ sequitur. Iste est alb⁹ sicut oēs uel maiores partes corporis apparentes ergo est alb⁹. Iste est simus sicut nasus: ergo est simus.

Tertius modus fit arguendo cum determinatione respectiva ad aliqd extrinsecu: ut diuitie non sunt bone male utenti: ergo non sunt bone in se. **Q**uartus modus fit arguendo cum determinatione secundum locum ut bonum est mactare patrem in teruallis: ergo bonum est mactare patrem. **Q**uintus modus fit arguendo cum determinatione secundum tempus: ut bonum est ieiunare in quadragesima: ergo bonum est ieiunare. Omnes isti syllogismi possunt solui negando consequentiam: quia ex dicto secundum quid non sequitur dictum simpliciter. Committitur etiam hec fallacia arguendo a dicto simpliciter ad dictum secundum quid cum sit eadem causa apparenti utrobique: ut est homo: ergo est homo mortuus. non sequitur ut patet ex precedentibus.

Sequitur fallacia ignorantie elenchi.

Elenchus est syllogismus contradictorius unius et eiusdem non nominis tantum nec etiam rei tantum sed nominis et rei simul. non synonymi: sed eiusdem et ex his que data sunt de necessitate non connumerato eo quod erat in principio ad idem secundum idem. similiter et in eodem tempore. Elenchus est syllogismus contradictionis idest syllogismus concludens contradictoriam propositionem date a respondente. In definitione elenchi quedam ponuntur ratione syllogismi: ut ex his que data sunt ex necessitate accidere per quod remouetur fallacia accidentis et ponitur non connumerato eo quod erat in principio per quod remouetur petitio principii: ut postea patebit. Alia ponuntur ratione contradictionis: ut unius et eiusdem idest unius subiecti et unius predicati. unde nisi esset idem subiectum et idem predicatum non esset contradictio: ut ethiops est niger. ethiops non est niger sed dentes ex quo non est idem predicatum: ideo non est contradictio. Et similiter hic nullus homo mortuus currit et quidam homo currit non est contradictio quia non est ibi idem subiectum. Item secundum idem ad idem similiter et in eodem tempore. ponuntur ratione contradictionis. Et contra istas quatuor partes peccat hec fallacia que dicitur ignorantia elenchi secundum quod est una de tredecim fallacijs. Alio modo accipitur generaliter et tunc sic diffinitur. Ignorantia elenchi est unius defectus generalis ad quem reducuntur omnes alie fallacie ostendendo quomodo peccant contra istas particulas ut postea patebit. Iste enim particule non nominis tantum nec rei tantum: sed nominis et rei simul non synonymi et sic de alijs ponuntur ratione syllogismi et ratione contradictionis quia iste exigunt quod nomen sit unum et tres una: et quod non sit nomen synonymum. unde non est ibi contradictio. marcus currit et tullius non currit. nec est ibi syllogismus. ois gladius scindit. quoddam instrumentum est ensis: ergo quoddam

instrumentum scindit. Fallacia ignorantie elenchi est idoneitas decipiendi proueniens ex apparenti obseruatione particularum definitionis elenchi que conueniunt ratione contradictionis tantum. scilicet ad idem secundum idem. similiter et in eodem tempore. Causa apparentie huius fallacie est conuenientia dictorum secundum quid ad dicta simpliciter. Causa falsitatis est diuersitas eorundem. Unde huius fallacie sunt quatuor modi. **P**rimus modus est contra hanc particulam ad idem. ut duo sunt duplum unius et non sunt duplum trium ergo sunt duplum et non duplum: et in utraque premissarum non sumitur duplum ad idem et ideo non sequitur. Secundus modus peccat contra illam particulam secundum idem. ut hoc est duplum illi secundum latitudinem et non est duplum secundum longitudinem: ergo est duplum et non duplum. Non sequitur quia duplum non sumitur secundum idem: sed sumitur respectu eiusdem. Tertius modus peccat contra illam particulam similiter: ut homo est species nullus homo est species: ergo idem est species et non species. non sequitur quia ibi non est contradictio in premissis: quia ille terminus homo non sumitur similiter: quia in una sumitur pro suis inferioribus: in alia vero non. sed pro se toto ul' pro sua forma. Quartus modus peccat contra hanc particulam in eodem tempore: ut manus mea est clausa in hoc instanti et non est clausa in hoc instanti: ergo est clausa et non clausa. non sequitur quia non est in eodem tempore. Differt autem hec fallacia a fallacia secundum quid ad simpliciter: quia in illa est processus ab uno secundum quid sumpto ad unum sumptum simpliciter. ut hoc est duplum secundum longitudinem: ergo est duplum: in ista vero est processus a duobus secundum quid sumptis ad duo sumpta simpliciter. ut hoc est duplum illi secundum longitudinem et non secundum latitudinem: ergo est duplum et non duplum.

Ostendit auctor determinauit de fallacia secundum quid ad simpliciter: hic agit consequenter de fallacia ignorantie elenchi. Circa quod premitit quid sit elenchus dicens quod elenchus est syllogismus contradictionis unius et eiusdem non nominis tantum nec rei tantum: sed rei et nominis: non synonymi sed eiusdem: ex his que data sunt de necessitate non connumerato eo quod erat in principio ad idem secundum idem: similiter et in eodem tempore. Ubi sciendum quod elenchus dicitur syllogismus contradictionis. id est syllogismus concludens contradictoriam positionem respondentis. Et ponitur syllogismus tanquam genus: et contradictionis sicut differentia: hoc ad differentiam syllogismi non contradictionis positioni respondentis. Unde ex syllogismo et contradictione quasi ex materiali et formali constituitur elenchus: et ponitur unius et eiusdem. scilicet subiecti et predicati non nominis tantum nec rei tantum: sed rei et nominis simul

nō synonymi: que particule ponuntur ratione syllogismi & contradictionis. tam enim ad syllogismū q̄ ad contradictionem exigitur q̄ nomen sit vnum & res vna: & q̄ nomē non sit synonymū. Dicunt autē nomina synonyma que significant eandē rem s̄ diuerfas eius proprietates. Unde non est hic contradictio marcus currit: tullius nō currit cū nō sit ibi eundē affirmatio & negatio eiusde de eodē. nec hic. Dis canis est latrabilis: quidā canis nō est latrabilis ratione equiuocationis illius nominis canis. Per p̄ dicta remouent fallacie in dictione vnde non sunt uerus elenchus sed tm̄ apparēs: & ponit ex his que data sunt de necessitate rōne syllogismi in quo debet esse necessaria illatio cōclusionis ex premissis: per q̄ remouent a uero elenchō paralogismi fallacie accidētis & ceteri in quibus nō est necessaria cōsequētia. ratione etiā syllogismi in quo p̄missis debet differre a cōclusionē & esse notiores ipsa. ponit nō cōnumerato eo q̄ erat in p̄ncipio per q̄ remouetur petitio p̄ncipij. ibi idē pbatur per seipsum. Alię autē particule ponuntur in diffinitione elenchū ratione cōtradictionis. s. ad idē s̄m idem. similiter & in eodē tēpore. ¶ Insuper notandū q̄ ignorantia elenchū pōt capi dupliciter. Uno modo generaliter pro ignorantia cuiuscūq; particule diffinitionis elenchū. & sic fallacia ignorantie elenchū est cōmunis ad oēs fallacias. Alio modo specialiter pro ignorantia alicuius quatuor dictionū que ponuntur in diffinitione elenchū: quia sunt formaliores q̄ alię que ponuntur in diffinitione elenchū ratione contradictionis que est formale. Nō capitur in hac fallacia ex ignorantia illius prime particule cōtradictionis que est affirmatio & negatio eiusde de eodē: quia ad hanc fallaciā requiritur q̄ sit apparēs cōtractio. Si autē illa cōditio deesset nō esset apparēs contradictio cū ipsa requiratur tam ad contradictionē uerā q̄ apparētē. Est ergo fallacia ignorantie elenchū idoneitas decipiēdi pueniens ex apparētē idoneitate cōtradictionis incōplete ad cōtradictionē cōpletā. Causa apparētē est cōuenientia apparētis contradictionis ad uerā contradictionē. Causa defectus est diuersitas earūdem. Huius fallacie sunt quatuor modi s̄m defectum quatuor conditionū predictarum. ¶ Primus modus peccat cōtra illam particulam ad idē: ut duo sunt duplū ad vñ & nō sunt duplū ad tria: ergo sunt duplū & non duplū. Non sequitur q̄ duplū nō comparatur ad idem in utraq; p̄missarū. ¶ Secundus modus peccat cōtra illā particulā s̄m idē ut hoc est duplū isti s̄m longitudinē: & nō est duplū ei s̄m latitudinē: ergo est duplum & nō duplum. Nō sequit quia duplū nō sumitur s̄m idem: sed s̄m diuersa. ¶ Tertius modus peccat cōtra hanc particulā similiter: ut homo est species. nullus homo est species: ergo idē est spēs & nō spēs. Non sequitur q̄ iste terminus homo nō sumit similiter in p̄missis: quia in maiori sumit pro natura cōmuni: in minori vō pro suppositis. ¶ Quartus modus peccat cōtra illā particulā in eodē tēpore: ut plato legit die lune & nō die martis: ergo legit & nō legit. Non sequitur quia nō est ibi affirmatio & negatio pro eodē tēpore. Differt autē hec fallacia a fallacia s̄m quid ad simpliciter: quia ibi fit processus ab vno dicto s̄m quid sumpro ad vñ dictū sumptū simpliciter: ut hoc est duplū s̄m longitudinē: ergo est duplū. hic vō fit processus a duobus dictis s̄m quid ad duo dicta sumpta simpliciter: ut hoc est duplū s̄m longitudinē &

non est duplū s̄m latitudinē: ergo est duplū & nō duplū. hinc est q̄ fallacia ad s̄m quid ad simpliciter p̄cedit hanc fallaciā: sicut vñ est p̄s duobus. Itē differūt q̄ in fallacia a s̄m qd ad simpliciter inferēt vna pars p̄tradictōis: ut comedere carnes est malū febricitanti: ergo est malū. Hic autem concluduntur contradictoria ut comedere carnes est malū febricitanti & nō est malū sano: ergo est malū & non malū.

Sequitur de fallacia petitionis p̄ncipij.

¶ Etere id qd est in principio est quando cōclusio que habet probari sumitur in p̄missis cū ergo idē sub eodē nomine non possit seipsum pbare: ut homo currit: ergo hō currit. in talibus enim est petitio p̄ncipij s̄ talis argumētatio est ridiculosa nec cadit sub arte nec est petitio huius quod est in principio. Aliud enī est petere p̄ncipium & petere illud qd erat in principio. q̄ petere p̄ncipiū est quādo petit idem sub eodē nomine. ut homo currit ergo homo currit & isto modo nulla est fallacia q̄ non continet sub aliqua specie argumētationis nec secundum ueritatē. nec secundū apparentiā: s̄ talis petitio p̄ncipij peccat contra syllogismum simpliciter dictus. Sed petere illud est qd est in principio est quando idem petitur sub diuerso noīe: ut animal rationale currit: ergo homo currit. Uel sic. ¶ Petere illud quod est in principio est quando minus notum sumitur ad probationē magis noti. Causa apparentie huius fallacie est diuersitas cōclusionis cū p̄missis. Causa falsitatis est diuersitas eorūdem. ¶ Petitur autem illud quod est in principio quinq; modis: ut patet octauo thopicoꝝ. ¶ Primo modo quando diffinitus petitur in diffinitione & contra: ut si dubitaretur utrum homo currat uel non currat fiat argumentum animal rationale currit: ergo homo currit nulla est ibi probatio. quia quando alterum dubitat necesse est alterū dubitari. & ita si sumatur vnum ad probandum aliud peccatum est. ¶ Secundus modus est quādo particulare petitur in vniuersali: ut nullus homo currit: ergo sortes non currit. uel si aliquis debeat probare q̄ omnium contrariorū est eadē disciplina & assumat omnium oppositorum est eadē disciplina: ergo omnium contrariorū est eadē disciplina. hic petitur cōclusio in premissis. ¶ Tertius modus est quando vniuersale petitur in particularibus. ut si aliquis debeat probare q̄ omnium oppositorū est eadē disciplina & sumat istam omnium contrariorū cōtrariorū & sic de alijs est eadē disciplina. ergo oīū oppositorū est eadē disciplina. uel sic. Sortes currit plato currit & sic de alijs: ergo oīs homo currit. ¶ Quartus

modus est quando coniunctū petiū in diuisis uel econtra. ut si aliquis debeat probare q̄ medicina est disciplina sani ⁊ egri ⁊ dicat sic. **M**edicina est disciplina sani: ⁊ medicina est disciplina egri. ergo medicina ē disciplina sani ⁊ egri. **Q**uī⁹ modus est q̄ vnū relatiuorū petiū in alio. ut si quis debeat probare q̄ sortes sit pater platonis: probeū sic: plato est filius sortis: ergo sortes est pater platonis. **N**ō sequitur q̄ hoc assumitur q̄d est probandū. **S**ciēdum est q̄ hec fallacia non impedit syllogismū inferentem sed probantem ⁊ ita fallacia petitionis peccat contra syllogismū dyalecticū in quantum dyalecticus est.

Ic consequēter tractat auctor de fallacia petitionis principij. fit autē hec fallacia quando idē accipit ad probandū seipsū: seu quādo probat ignotū pro ignotius: uel eque ignotum: s; autē hec fallacia possit dici petitio principij uel ei⁹ q̄d est in principio. petitio tamē principij pprie fm auctore est quādo idē sub eodē nomine sumit ad probandū seipsum: ut homo currit: ergo homo currit. **E**t in hoc nulla est fallacia: cū ibi nulla sit apparentia: quia idē nō habet ueritatē probādi seipsum. petitio vō eius q̄d erat in principio est quādo idē sub diuersis nominib⁹ sumit ad probandū seipsum. **D**icit autē principij principale propositū q̄d quis intendit pbare. s. cōclusio: quādo ergo idē probat per seipsum: uel ignotū per ignotū uel eque ignotū tūc dicitur esse petitio principij uel petitio eius q̄d est in principio: quia talis opponēs videtur petere q̄ sibi cōcedatur principij. i. principale ppositū. s. conclusio quā debet pbare: uel id q̄d est in principio. s. aliqd q̄d includit in cōclusionē ppter identitatē euz ipsa uel quia per ipsam pōt pbari: sicut ignotius per magis ignotū: fm aliquos vō principij in pposito sumitur pro antecedēte: ⁊ sic opponēs quādo pbat ignotum per eque ignotū petit id q̄d est in principio quia videtur petere cōclusionē sibi cōcedi que virtualiter continetur in premissis quā tamē pbare deberet. **I**lle etiā qui respōdet tali opponēri pōt rōnabiliter petere probationē antecedētis. fallacia petitionis principij est idoneitas decipiēdi pueniens ex apparenti diuersitate cōclusionis a premissis. **C**ausa apparentie est appārēs diuersitas antecedētis ⁊ cōsequētis cū necessitate cōsequētie. **C**um enim cōsequēs appareat esse diuersum ab antecedēte ⁊ cōsequētia sit necessaria apparet argumentū esse bonū. **C**ausa defect⁹ est idētitas eorū. petiū autē hoc q̄d est in principio quinq; modis. **P**rim⁹ modus est quādo diffinitū petiū in diffinitione: ⁊ econuerso: ut aīal rōnale currit: ergo homo currit. antecedēs est eque dubius sicut ⁊ cōsequens. **S**ecūdus modus est quādo particulare petiū in vniuersali. ut oīs homo currit: ergo sortes currit. **T**ertius modus est quādo vniuersale petitur in particulari: ut sortes currit plato currit: ⁊ sic de alijs: ergo oīs homo currit. **Q**uartus modus est quando coniunctū petitur in diuisum: ut medicina est sani: medicina est egri: ergo medicina est sani ⁊ egri. **Q**uintus modus est quādo vnū petiū in alio ut sortes est pater platonis: ergo plato filius est sortis. **I**n omnib⁹ his est petitio principij quia antecedens est eque ignotum sicut consequens. **U**nde isti

paralogismi non peccant propter defectum illationis quia cōsequētia est bona: sed propter defectū probationis. **S**ic ergo in istis argumentis possunt esse loci dyalectici si antecedens sit notius in se uel in ordine ad respondentē q̄ consequens. **S**i vō antecedens sit eque ignotum uel minus notum q̄ consequens erit petitio principij: ut tactum est in loco a diffinitione ad diffinitum. **H**oc etiam potest declarari arguendo ab vniuersali ad singulare: ut oīs homo est grāmaticus: ergo sortes est grāmaticus. **M**ultis enī ista est ignotior. **O**mnis homo est grāmaticus: q̄ ista sortes est grāmaticus: ideo illis est petitio principij nisi preconcessissent eandem. **I**lli autem cui vniuersalis est nota ⁊ non singularis non est petitio principij arguendo ab vniuersali ad singularem. **S**cienti enim q̄ oīs nulla est sterilis nō est petitio principij talis illatio: oīs nulla est sterilis. ergo hec nulla est sterilis.

Fallacia consequentis dicendū est secundū consequens sunt paralogismi eo q̄ credimus consequentiā conuerti que non conuertitur. **F**allacia cōsequētis est idoneitas decipiēdi pueniens ex apparentia cōsequētis conuerse que non conuertit. **C**ausa apparentie huius fallacie est cōuenientia vnius consequētie uere ad aliam non ueram. **C**ausa falsitatis est diuersitas eorundem. **E**t sciendū q̄ bene tenet argumentum a positione antecedētis ad positionē cōsequētis. **H**ui⁹ fallacie tres sunt modi. **P**rimus modus est quando arguit a destructione antecedētis ad destructionē cōsequētis: ut si hō est. aīal est. ergo si hō non est. aīal nō est. uel a positione consequētis ad positionē antecedētis. si mel est rubeū est: ergo si rubeū est mel est. **A**d istum enī modū reducuntur omnes prauae argumētationes ab inferiori ad superius destructive. vñ quoniam sit processus ab inferiori ad superi⁹ cū distributione superiorum: ut oīs homo currit: ergo oīs aīal currit ibi cōmittit ista fallacia. uel nullus homo currit: ergo nullū animal currit. **S**ecūdus modus solet poni ab insufficienti inductione singulariū: ut sortes est aīal ⁊ econuerso: plato est animal ⁊ econuerso: ergo oīs homo est aīal ⁊ econuerso. hic enumerant omnes singulares illius oīs hō est aīal: non huius oīs animal est hō que significatur per cōpositiones huius q̄d est econuerso ad hanc oīs hō est aīal. **T**ertius modus puenit a cōmuniter accidētibus ⁊ dicuntur cōmuniter accidentia que se aliquādo cōsequuntur ⁊ aliquid quando nō: ut ille est comptus: ergo est adulter. similiter hic. **M**usa et poeta similiter terminant. s; musa est feminini generis. ergo ⁊ poeta non sequitur quia identitas generis ⁊ terminationis aliquando se consequuntur ⁊ aliquando non eo q̄ non est in omnibus: sed

in aliquibus. Si aliquis dicat q̄ in hoc ultimo tertio modo nō tenet eōuerso. vnde ibi non est consequētia. Dicendū est ergo q̄ s̄z quosdam sumit consequētia cōmuniter ad consequētia necessariā & probabiliē & in istis non sumitur cōsequētia necessaria s̄z p̄babilis. taliter autem ordinantur isti modi ab aristotele isto modo ordinato.

Ostēs auctor determinauit de fallacia petitionis p̄ncipij: hic consequēter determinat de fallacia cōsequētis: pro eo notandū est quid sit antecedens: quid cōsequens & consequētia vide cap° conuersionū. fallacia cōsequētis est idoneitas decipiendi pueniens ex cōuenientia antecedentis cum consequēte. fit nāq; hec fallacia s̄z aristotelem eo q̄ credimus cōsequētia cōuerti que nō conuertitur. Credimus enim q̄ sicut consequēs sequitur ad antecedēs: sic antecedens sequatur ad consequēs: & sic de consequēte facimus antecedēs. Et ideo hec fallacia dicitur fallacia cōsequētis: s̄z aut in ipsa aliquādo arguatur a negationē antecedētis ad negationē cōsequētis: q̄ tamen illa negatio antecedentis se habet ut consequens ad negationē consequentis: ut non hō est consequēs ad non aīal: ideo de consequente fit ibi antecedēs. Causa apparentie in hac fallacia est apparens identitas cōsequētis cum antecedēte. Causa falsitatis est diuersitas eorū. **H**uius fallacie ponit auctor tres modos: quorū duo ultimi possunt ad primum reduci qui habet duas partes. fit enī vno modo arguēdo a destructione antecedētis ad destructionē cōsequētis: ut si hō est animal est. ergo si homo nō est. aīal nō est. **N**ō sequitur s̄z nāq; sit bona argumētatio a positione antecedētis ad positionē cōsequētis: non t̄m a destructione antecedētis ad destructionē cōsequētis: q̄ antecedēs se habet ut inferius: cōsequens vō ut superius. **A**d destructionē aut inferioꝝ nō sequit̄ supioꝝ destructio q̄ pōt remanere in alijs inferioribus. fit etiaz hic modus arguēdo a positione consequētis ad positionē antecedētis: ut si pluit terra est madida: ergo si terra est madida pluit. **N**ō sequit̄: s̄z nāq; a destructione cōsequētis ad destructionem antecedētis fit bona cōsequētia: nō tamē a positione q̄ ad positionē supioꝝ nō sequit̄ positio inferiorū. **S**ecūds modus puenit arguēdo ab insufficienti numero singulariū: ut fortes est aīal & eōuerso: plato est aīal & eōuerso: & sic de singulis. ergo oīs hō est aīal & eōuerso. **N**ō sequit̄ q̄ s̄z sufficiēter enumerent̄ singulares illius vniuersalis. oīs hō est aīal: nō tamē istius. oē aīal est hō: qd̄ t̄m designat̄ per hoc qd̄ dicit̄ & eōuerso. **T**ertius modus solet assignari a communiter accidentibus. **U**bi notandum q̄ quedam sunt cōmuniter accidentia que semper se cōsequuntur: & a talibus sumitur locus dyalecticus. **Q**uedam vō aliquādo se consequuntur: & aliquando non: & de his est in p̄posito: ut iste est cōceptus ergo est adulter. **N**ō sequitur quia s̄z ista aliquādo se cōcomitent̄ non t̄m semp. fit etiā hec fallacia arguēdo a p̄positione habente plures causas veritatis ad illam que habet vnicam: ut cesar nō est iustus ergo est iniustus. p̄manq; est cōsequēs ad secūdas. **U**nde illa p̄positio cesar non est iust⁹ habet duas causas veritatis. **P**otest enim esse vera uel q̄ cesar nō est: aut q̄ est: sed non habet iustitiā. **H**ec aut cesar est iniustus vnicā habet causam veritatis. ponit enim cesarē esse: sed

iniustus. **E**t generaliter fit hec fallacia quotiescūq; cōsequens ponit loco antecedētis: ut si dicatur. **A**liquis hō est albus. ergo omne albus est hō. **S**equit̄ enī eōuerso & per p̄uersionē per accidens. fit etiā hec fallacia arguēdo a termino stante determinate ad eundem stantē cōfuse & distributive: ut tu ignoras aliquā p̄positionem: ergo tu nescis aliquā p̄positionem. **S**equit̄ enī eōuerso. **E**st aut ut ait **A**ri. p̄sequēs pars antecedētis: q̄z ubicūq; est dispositio p̄positionū in figura si fit ibi fallacia p̄sequētis erit etiā fallacia antecedentis: sed nō eōuerso. **U**n̄ hec est fallacia consequētis. oīs hō est aīal: oīs asinus est aīal: ergo oīs asinus est homo: q̄z utraq; p̄missarū sequitur ex cōclusionē: sed nō eōuerso. **E**t etiaz fallacia antecedētis ut patet per p̄missa. **C**oincidit etiam hec fallacia aliquando cū figura dictiōis: ut potest patere.

Equitur de fallacia s̄m non causam ut causam. **A**d cuius euidentiā sciendum est q̄ duplex est syllogism⁹. **S**. ostensiuus & ad ipossibile. **O**stensiu⁹ est qui habet vnā solā conclusionē. **S**yllogismus vō ad ipossibile est quādo aliquis syllogistice ducitur ad ipossibile & p̄pter hoc interimitur aliqua p̄missarum que erit causa illius ipossibilis: vñ iste syllogism⁹ semper habet duas cōclusiones. ut cum dicit̄ est ne homo asinus hoc cōcesso. **C**ontra nullus asinus est animal rationale mortale hō est asinus ergo homo nō est animal rationale mortale s̄z hoc est ipossibile: ergo & ista hō est asinus: & ille syllogism⁹ est in quarto modo p̄me figure. **S**ciendum est enī q̄ nō causa ut causa semp fit in syllogismis ad ipossibile. **F**allacia aut s̄z nō causam ut causā fit quādo nō causa ponitur ut causa & p̄pter hoc apparet sequi ipossibile & illud qd̄ apparet esse causa interimitur. ut si queratur est ne brunellus hō quo cōcesso. **C**ontra nullus asinus est aīal rationale mortale: sed homo est asinus & brunellus est hō: ergo hō non est animal rationale: hoc autem est ipossibile: ergo brunellus non est hō. **I**n hac enim dicta argumētatione est non causa ut causa q̄z iterim̄ id qd̄ apparet esse causa & non est. **S**. brunellus est hō. **C**ausa apparentie huius fallacie est cōuenientia hui⁹ qd̄ apparet esse causa & non est cū eo quod est causa. **C**ausa falsitatis est diuersitas eorūdem. tale enī exemplū ponit aristoteles huius fallacie **S**unt ne anima & vita idēz quo cōcesso. **C**ontra mors & vita sunt cōtraria s̄z mors est corruptio. ergo vita generatio & per cōsequens viuere est generari s̄z hoc est ipossibile: q̄z quicquid uiuit nō generat̄ sed generatū est: ergo animal & vita nō sunt idem. hec cōclusio peccat s̄m non causam ut causā: ex hoc enim q̄ anima & vita sunt idē non sequit̄ ipossibile & ita nō debet interimi sed ista mors & vita sunt cōtraria q̄z in omnibus his id qd̄ nō est causa

causa apparet esse causa quia communicat in terminis cum aliquibus propositionibus ex quibus sequitur impossibile. Ex istis patet quod ista fallacia non fit in syllogismo ostensiuo: ut omnis homo currit: sortes est homo et sol est in cancro: ergo sortes currit. hic non est fallacia non cause ut cause: quia hec propositio sol est in cancro non est causa neque apparet esse causa: sicut apparet in syllogismo ad impossibile.

Equitur de fallacia secundum non causam. Ad cuius evidentiam notandum quod duplex est syllogismus. scilicet ostensiuus et ad impossibile. Syllogismus ostensiuus est ille in quo una conclusio uera terminis inferitur ex premissis ueris: ita quod ibi est statim nec fit regressus super aliquam premissarum: ut hic. omnis homo est animal. sortes est homo: ergo sortes est animal. Syllogismus ad impossibile est quando aliquis syllogistice ducit ad aliquam conclusionem falsam seu impossibilem: et ex interemptione illius impossibilis fit regressus ad interimendum aliquam premissarum ita quod ibi sunt duo processus et due conclusiones: ut si queratur. Est ne homo asinus. quo concessio arguitur contra. nullus asinus est animal rationale: sed homo est asinus per te: ergo homo non est animal rationale. Conclusio est falsa: ergo aliqua premissarum: non maior ergo minor. Sciendum ulterius quod causa dicitur propositio que per se uel cum alia facit ad inferendum conclusionem. pro oppositum uero non causa est propositio que sumitur cum premissis inferentibus conclusionem que tamen nihil facit ad illationem conclusionis. fallacia secundum non causam ut causam est idoneitas decipiendi pueniens ex eo quod non causa creditur esse causa. fit autem hec fallacia semper in syllogismo ad impossibile: cuius ratio est quia hec fallacia committitur quando ex falsitate conclusionis fit regressus ad interimendum aliquam premissarum que non erat causa falsitatis conclusionis. Talis autem regressus fit terminis in syllogismo ad impossibile: ut si queratur. Est ne sortes homo. quo processu arguitur contra. nullus asinus est animal rationale: sed homo est asinus: sortes est homo: ergo homo non est animal rationale: sed hoc est impossibile: ergo sortes non est homo. In hac argumentatione est non causa ut causa: quia ex interemptione conclusionis interimuntur illa propositio. sortes est homo que apparet esse causa impossibilitatis conclusionis: et non est causa: cum sine ipsa sequatur conclusio impossibilis. Causa apparente in hac fallacia est puenientia illius propositionis que non est causa in subiecto uel predicato: cum aliqua premissa que est causa: propter quam creditur deceptus quod terminis operetur ad illationem conclusionis quam alia. Causa falsitatis est diuersitas eorum. Ex predictis patet quod hec fallacia non committitur in hoc syllogismo. omne animal est asinus: omnis homo est animal: sol est in cancro: ergo omnis homo est asinus. conclusio est falsa: ergo illa premissa: sol est in cancro. illa enim propositio non conuenit in subiecto uel predicato cum alijs premissis: et sic non est ibi causa apparente huius fallacie.

Propositio plures est illa in qua plura predicantur de pluribus uel plura de uno: uel unum de pluribus: ut sortes currit et disputat: uel sic. est ne hic et hic homo demonstrato sorte et brunello. uel sortes et plato currunt et disputant. Propositio autem una est in qua

unum predicatur de uno: et hoc quadrupliciter siue unum numero: ut homo est risibilis. siue unum specie: ut sortes est homo. siue unum genere: ut sortes est animal. siue unum secundum presens et posterius: ut homo est ens animal est sanum siue predicantur plura ex quibus fit unum: ut homo est animal rationale mortale. Secundum plures interrogationes fiunt paralogismi quando ad interrogationem plures datur una responsio. Causa apparente huius fallacie est unitas interrogationis complexe. Causa falsitatis est pluralitas ipsius. Duo sunt modi huius fallacie. Primus modus est quando plura in singulari numero subiunguntur uel predicantur ut hic. est ne hic et hic homo demonstrato sorte et brunello si dicatur sic. ergo brunellus est homo. si non ergo sortes non est homo. non bene enim respondit quando fecit responsionem unam ad interrogationes plures. sed debet respondere. uerum est pro uno et falsum pro reliquo. Secundus modus est quando plura in plurali numero subiunguntur uel predicantur: ut sunt ne ista bona uel non bona demonstratis bono et non bono. si dicitur bona: ergo bonum est malum. si non bona: ergo bonum non est bonum. debuit set enim respondere bonum est bonum et malum est malum. Si autem concedat aliquis homo dari definitiones simili modo in singulari et in plurali ut cecum est aptum natum videre et non videt: et ceca apta nata videre et non videt. non effugiet et redargutionem demonstrato uno ceco et altero videte: et dicatur sic. sunt ne illa ceca uel non ceca. Si ceca. ergo illud est cecum demonstrato uno videte. non enim dicebat illud esse cecum et illum esse uidentem sed dabat unam responsionem eo quod concessit quod similis daretur definitio in singulari numero et in plurali.

Quod auctor determinat de fallacia secundum non causam ut causam. hic consequenter determinat de fallacia sed plures interrogationes: ut una: quia uero interrogatio et propositio componuntur ex eisdem terminis principalibus: ideo ad declarandum quod sit interrogatio plures premitit quod sit propositio plures. dicens quod propositio plures est illa in qua plura predicantur de uno: ut sortes currit et disputat: uel unum de pluribus: ut sortes et plato currunt: uel plura de pluribus: ut sortes currit et plato disputat. et dicitur propositio plures: quia ibi designantur plures compositiones predicati cum subiecto. propositio uero una dicitur in qua predicatur unum de uno: siue illud sit unum numero: ut sortes est sortes. uel unum specie: ut sortes est homo. uel unum genere: ut sortes est animal: siue unum analogia: ut substantia est ens: et quibus componuntur plures dictiones ex quibus fit unum sicut ex determinatiue et determinabili: ut homo est animal rationale. et sicut dictum est de propositione: sic dicendum est de interrogatione que dicitur interrogatio inquam sumitur cum signo interrogatiuis. Quedam est enim interrogatio plures in qua plura interrogantur de uno uel unum de pluribus: uel plura de pluribus. et quedam est interrogatio una in qua unum interrogat de uno. potest etiam interrogatio plures fieri

Dupliciter. vno modo s^m significata tñ: ut dicēdo utrū omnis canis currit: & talis causat equiuocatio nē. alio modo s^m uoces & significata simul. & de hac est in pposito. fallacia s^m plures interrogaciones: ut vna est idoneitas decipiēdi pueniēs ex puenientia interrogatiōis plures ad interrogatiōem vnā ppter quā videtur esse vna interrogatio: & ideo dat vnica responsio. Causa apparentie est apparēs vnitas interrogatiōis que tamē in ueritate est plures. Causa defect⁹ est pluralitas interrogatiōis illi⁹ que videt eē vna. ¶ Cui⁹ fallacie sunt duo modi. P^{ri}mus modus est quādo plura in singulari numero subiciunt uel predicant: ut determinato sorte & brunello. Si queras. est ne hic & hic homo. si dicat sic: ergo brunellus est hō. si dicatur nō: tūc potuit inferri. ergo sor. nō est homo. Respondēs ergo nō debet dare vnā responsionē ad interrogaciones plures: s; debet dare duas responsiones dicēdo hic. s. sor. est homo. ille vō. s. brunellus nō est homo. ¶ Sēdus modus est quādo plura subiciunt uel predicantur ut in plurali numero: ut si queras. Sunt ne mel & fel dulcia uel amara. si dicat q sunt dulcia: ergo fel est dulce. si dicat q sunt mara: ergo amarū est mel. Talis itaq; non bene responder: q: dat vnā responsionem ad plures interrogatiōes. ¶ Circa qd notandum q l; quādo respondens ad plures interrogaciones dat vnāz rñsionem affirmatiue ducat uere ad incōueniēs: ut patet ex precedētibus. Si tñ in casu pposito & consimilibus det tñ vnāz responsionem negatiue ducet solum apparenter ad incōueniens. Si enim dicat mel & fel nō sunt amara nō uere infertur: sed tñ apparenter. ergo mel non est amarū: & fel non est amarū: sed est fallacia cōsequētis.

Est hec autēz reducendū est omnes fallacias ad ignorantia elenchi. reducere autē omnes ad ignorantia elenchi est ostēdere qualiter quelibet fallacia peccat contra aliquam particulā in diffinitione elenchi posita; aut ratione syllogismi aut cōtradictionis. sicut enīz differentia adueniēs generi constituit species: ita ratio cōtradictionis adueniens syllogismo cōstituit elenchū. vnde quicqd est in elencho aut est in eo rōne contradictionis aut ratione syllogismi. dicit enim aristoteles q diuidendū est oēs syllogismos apparētes & elenchos aut oēs reducendū est ad ignorantia elenchi. Equiuocatio & amphibologia & figura dictiōis reducunt ad ignorantia elenchi eo q duplex esse ipedit syllogismū & contradictionē. Cōpositio diuisio accentus reducuntur ad ignorantia elenchi in eo qd non est oratio eadē uel idem nomen sed differēs. oportet autē hoc. s. nomen & rationē esse eadē quēadmodū & rem si debeat esse elenchus. Qui vō s^m accidens sūt manifesti sunt diffinito syllogismo q; sūt cōtra particulā in diffinitione elenchi posita. s. necesse est aliōd accidere per ea que posita sunt & cōcessa. Et s^m hanc fallaciā que est s^m accidens artifices & scientes sepe ab inscijs redarguuntur faciētibus syllogismos cōtra sapien-

tes. nam s^m accidēs faciunt syllogismos apparentes. Qui vō sūt s^m quid ad simpliciter reducuntur ad ignorantia elenchi: quoniam de eodē non est affirmatio & negatio: ut ethyops est albus s^m dētes: ergo est alb⁹. Manifesti sunt autē syllogismi qui prius dicti sunt & quales nuncupantur. Qui vō sūt s^m id qd petitur in principio & non causam ut causam peccat manifeste contra diffinitionē syllogismi: q; in syllogismo oportet sequi aliōd de necessitate quod nō erat in principio: & sic oportet q; s^m sūt sūt cause cōclusionis syllogismi. Qui vō s^m consequēs reducunt sicut & illi qui sūt s^m accidens. Qui vō s^m plures interrogaciones ut vnā reducuntur eo q; peccant cōtra unitatē propositionis. ibi enīz nō sumit⁹ propositio vnā: & per cōsequēs nec propositio. Nam eadē est diffinitio vnus rei & rei. ut hominis & vnus hoīs. simile autē est in alijs. vñ propositio vnā vnus de vno affirmat: s; non est ita in propositione plures in qua predicatur plura de vno uel vnus de plurib⁹ & propter hoc peccant contra unitatē propositionis. Itē oēs fallacie in dictione & secundū quid ad simpliciter reducunt ad ignorantiam elenchi eo q; peccat contra cōtradictionē. Omnes autē fallacie alie extra dictionem reducuntur in hoc q; peccant cōtra diffinitionē syllogismi. Et hec de fallacijs petri hispani dicta sufficiant.

Incipit septim⁹ tractat⁹ de suppositionib⁹

Quum que dicuntur quedā dicuntur cu; cōplexione ut homo currit. Quedam vō sine cōplexione ut homo q; est terminus incōplexus. Termin⁹ ut hic sumitur est uox significās vniuersale uel particulare. ut hō uel sortes. Terminoz autē incōplexorum vnusquisq; aut significat substantiam. aut qualitātē. aut quantitātē. aut ad aliquid. aut agere. aut pati. aut ubi. aut quando. aut situs. aut habitus. Significatio ut hic sumitur est rei per uocē s^m placitū representatio. quare cū omnis res aut sit vniuersalis aut particularis oportet dictiones non significantes vniuersale uel particulare nō significare aliquid. & sic nō essent termini ut hic sumitur terminus. ut signa vniuersalia uel particularia. Significationū alia est rei substantiue & hec fit per nomen substantiuū ut homo. Alia est rei adiectiue & hec fit per nomē adiectiuum ul' per uerbū: ut currit uel albus que nō est pprie significatio substantiua uel adiectiua sed significat aliquid substantiue uel adiectiue. Et significare